Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXVIII
F
1
NAPOLI

LEGATORIA
Mola Salvatore
Via Giovanni Paladino, 19
NAPOLI

Digitized by Google

X XII 7

JACOBI GOLII

LEXICON ARABICO-LATINUM,

CONTEXTUM

EX

PROBATIORIBUS ORIENTIS

LEXICOGRAPHIS.

ACCEDIT

INDEX LATINUS

COPIOSISSIMUS,

QUI LEXICI LATINO-ARABICI

VICEM EXPLERE POSSIT.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

LUGDUNI BATAVORUM,

Typis BONAVENTURÆ & ABRAHAMI ELSEVIRIORUM.

Prostant Amstelodami apud JOHANNEM JANSSONIUM.

cIↃ IↃC LIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

AD

LECTOREM,

linguæ Arabicæ amantem ac studiosum,

PRÆFATIO.

HAud multo apud te, STUDIOSE LECTOR, sermone opus esse existimo, ut Arabum literas, hoc nostro sæculo in Europa coli cœptas, suis laudibus prædicem tibi ac commendem. Non enim te fugit, singulari providentia Dei, cujus beneficio illic cæteræ eruditiores linguæ, & contentæ iis disciplinæ, ceu in Helicone quodam, & pene unico domicilio suo, florent ac vigent, è longinquo hasce quoque ad illarum quasi chorum excitas esse Musas: ut ita totius literati Mundi concentus suis numeris impleri posset, atq; ad occultas plurimas res adeundas, quas etiam Europæis perspectas esse conveniat, communique hominum societati conducat, nova & luculenta fax præferri. Neque vero exigui pretii, &, in quam quis nervos intendat, indigna res esse videatur; qua toto Orbe nil humanum nunc antiquius existit, simulque ampliore usu patet. Namque in ipsa Heberi familia primum nata Arabica lingua, cum gente sua late diffusa, neque ullo ejus excidio deleta in proprio solo, tandem quoque extra illud ita propagata fuit, ut hodie extremos fere Orientis & Occidentis terminos conjungat; per tanta Terræ latifundia, sacri & profani, doctarumque mentium, multis jam sæculis interpres. Sed ut à vasto hujus argumenti campo te ad limen præsentis mei instituti ducam; brevi adeo tempore, quo de hisce studiis in Europa serio cogitatum fuit, persequendis iis excolendisq; tam copiosa materia ac supellex, felicibus sive consiliis sive casibus, undique illuc delata fuit, ut nunc voluminum quinque millia, omnigenæ scientiæ instrumenta, ibi enumerare non difficile fuerit. Eorum ut fructus percipi optatus posset, uno insuper adminiculo opus fuit; quo, tanquam clave, possent clausa omnibus scrinia reserari, atque ea, quibuscunque frui luberet, depromi. Et quidem tempestive acribus ubique animis, ac velut præsagis futuræ copiæ, quæ nunc est, providisque, allaboratum fuit, ut hac parte illi suo, & sequenti post tempori, utcunque satis fieri posset. Namque vix ullum existit Europæ regnum, quod, cæteris literis gaudens, non etiam hasce pandendi studiosos habuerit viros, quin reliquæ omnis eruditionis coryphæos: qui, etiam ad extremum vitæ, curam ea in re & industriam collocarunt. Quorum nunc nomina & meritorum laudes referre prolixum foret: præsertim, ubi à me ignaro præteriri quempiam facile contingeret, cui præ aliis forte quam plurimum debeatur.

Digitized by Google

Sed qui præcipue impulerint me etiam ad conatus eos, quos jam exhibemus, id vero paucis testari hic postulat locus. Namque laudatissimi Erpenii primis quondam in hac literatura præceptis imbutus, hortatu excitatus, candidi pectoris benevolentia devinctus, atque suffectus illi in hac Academia successor, id mei muneris esse duxi, ut, si æquare illum doctrina non possem, augendæ saltem, quantulacunque hic mea esset, studio, ac bene merendi amore, eundem imitarer. Et cum inter consilia ejus, quibus publico & communi bono se totum destinasset, de condendo post Raphelengium Lexico non postremum esset, at cujus non aliud dare specimen mors immatura permisit, quam quod tribus foliis paulo ante eam excusum & post eam editum fuit; in partem quoque illam vocari me, cum tacito quodam instinctu, tum ipsa urgente necessitate, cognovi.

Sed quo tempore manum operi jam admovissem, in lucem prodiit amplissimus ex Italia Giggeii thesaurus, qui omnia explere posse desideria videbatur. Et quidem eo arbitror habendum esse loco, ut tum præclari viri labor, tum summi Mæcenatis, qua adjutus ille fuit, munificentia, gratis omnium animis excipi & celebrari mereantur. Attamen cum quererentur multi, minus parabilem omnibus ejus copiam esse; ipsumque præterea opus, tum mole sua, tum Arabicarum vocum ordine, sæpius quoque scriptura ac interpretatione, primis fovendis juvandisque hisce studiis minus comparatum esse, complures judicarent; flagitare minime desinentibus, & hic, & alibi, studiosis ac amicis, nec non desiderantibus identidem typographis; operam olim animo conceptam ac tentatam denuo addixi, & cum bono Deo rem ipsam aggressus fui.

Inter ipsos autem Arabes, qui linguam suam ab omni antiquitate diligenter excoluerunt, & ex probatissimis autoribus, tum lectione eorum tum auditu, pluribus monumentis traditam habent, duo præ cæteris in hoc argumento recepti passim & conspicui scriptores extant: quos, velut duo sidera, Cynosuram & Helicen, omnis fere eruditorum cohors in ipso Oriente sequi solet. Eorum alter florentissimo literis sæculo vixit, alter posteriore ac deflorescente; Gieuharis nimirum, & Firuzabadius, Camusi autor. Quorum ille fœcundum flumen, hic profundum pelagus, uterque profusæ doctrinæ opus, emisit. Quemadmodum igitur idem Giggeius interpretandum suscepisset imprimis Firuzabadium: ita ego, ut ex Oriente quoque celebrem aliquem Europæ inferrem Arabica interpretandi magistrum, alterum illum, nempe Gieuharim, delegi: ut qui maxime docto præ aliis ævo dictus esset امام اللغة *Linguæ antistes*; non minus de ea meritus adhibito delectu vocũ, & habita ratione usus, quam luxuriante copia Firuzabadius. Eum itaq; cum comitum consortio ut Europæo habitu indutum producerem, & moribus studiisque nostris conformatũ, quoad maxime id facere possem; in primis de convenienti Ordine & Interpretatione dispiciendum intellexi. Atque ut instituti illius mei ratio, unde ejusdem usus pendet ac fructus, plenius cognosci & intelligi possit, de utraq; re seorsim mihi hic dicendum erit.

Quod quidem ad Ordinem, de quo dixi, attinet; is in toto operis contextu spectandus est duplex: unus Thematum ipsorum sive Radicum; alter Propaginis una radice prognatæ. Quod Radices attinet, ad quas in linguis, præsertim primigeniis, omnia commodissime revocantur, nobis consuetũ in reliquis ordinem etiam hic secutus fui: at non magna absque molestia; cum prorsus alium fere omnes, quin peculiarem plerique, observent Lexicographi Orientis. In quo quidem ordine nostro hoc monitum volo: me Verba surda, ut vocant, quæ sc. secundam radicalem geminant, eo disposuisse loco, qui eidem secundæ tantum debetur, non considerata tertia; utpote quæ propter contractionem quam rariſ-

Digitized by Google

rarissime scribendo exprimatur in libris, qui notis vocalibus carent: quales fere sunt plerique omnes.

Sed in dispescenda radicis cujusque Propagine, ut nempe unaquæque vox primo quasi radicis suæ intuitu deprehendi posset, non minus operæ, & plus difficultatis fuit. Namque hæc communis, & quasi fatalis obtinet in Lexicographis Arabum, hoc est, qui Arabice scripserint, omnibus, quotquot hactenus videre mihi contigit, incuria, atque tantus ordinis neglectus, ut dum ad radices cuncta vocabula referant, quocunque ea casu & ordine oblata sint, eodem inter se disposita, & supra modum confusa, relinquant: ita ut de iis sub una radice ad certam regulam collocandis pro faciliore usu, nunquam fuisse soliciti videantur: tam negligentes atque infelices hac parte promi, quam diligentes condi. Quæ quam molesta & perplexa res sit, præsertim cum omnia continuis integrisque versibus illa scribere consueverint; experiri cuique licet, dictionem aliquam investigare volenti, quæ ad radicem ابل, حول, خلف, عرض vel قبل, similemve aliam fœcundiorem, pertineat. Quæ causa aliis autoribus fuit, imprimis qui Arabico-Persica, vel Arabico-Turcica ediderunt Lexica, ut desideratæ commoditati consultum irent, etiam cum incommodo doctrinæ: dum avulsa à radicibus suis vocabula quævis, juxta consonantiũ ordinem, quidam etiam vocalium præterea habita ratione, disponerent eo fere modo, quo Græcum Phavorini dictionarium & Etymologicum magnum, aut Constantini vel Crispini Lexica, videmus conscripta esse. nisi quod in hisce quidem sæpenumero à prima origine & etymis suis significata deriventur: quorum apud Orientales illos Lexicographos nulla fit mentio. Sed hoc præterea ibi accidit incommodi, quod etiam ejusdem Verbi Conjugationes, & Pluralia à Singularibus suis, longissimo separentur intervallo, cæteraque, quæ natura sua cohæreant, nimium distrahantur. Tum etiam illic nullæ Constructiones aut Phrases addi solent, neque significationis cujusquam causa reddi: sed simplicia & nuda tantum sunt, ut ita dixerim, vocabularia, sceletis similia, carne & spiritu destitutis.

Itaque perpensis & comparatis inter sese modis omnibus, ut cum doctrina expeditus simul usus & commoditas conjungi posset, hæc tandem methodus placuit & probata fuit, quam toto hoc Opere sector & observo: ut quemadmodum serie naturali, i.e. alphabetica, ordinatæ sunt Radices: ita radicis cujusque Propagatio artis Grammaticæ ordine succedat. Primo enim consonantium radicalium & servilium, tum vocalium, ratio habetur: ita ut vocabula, quæ omni servili careant, reliquis præmittantur: deinde quæ una servili vel pluribus affecta sint, juxta earundem servilium numerum, & quem in alphabeto ordinem habent, nec non juxta situm suum, prout collocatæ sint post literam Radicis primam vel secundam, vel tertiam, vel, quod rarius fit, ante primam, sua serie consequantur. ubi quidem hoc obiter notandum, in medio dictionum, quæ pluribus quam tribus literis constant, sæpe ي, & subinde م, serviles esse. Quæcunque vero voces iisdem prorsus literis constant, à vocaliũ numero & ordine suam capiunt distinctionem: prout eæ vel pauciores sunt, vel in æquali numero Phatha præcedit Kesram, & hæc Dammam; idque ratione consonantis primæ, secundæ, &c. Quæ quidem paucis indicasse satis est: siquidem ex ipso Opere tota res apertissime liquebit. Radicem modo unam, exem. gr. ex primis ابن, vel ابر, vel ابل, levi intuitu percurrat Lector, ipse sibi in cæteris dux fuerit & præceptor optimus. Adeo ut methodum hanc ipsa rei, de qua agimus, literariæ nimirum, natura & ars simul dictasse videantur. Sed quam facilem illam & pronam aliis fore viam confido, tam laboriosum mihi & incommodum accidit,

pri-

Digitized by Google

primum hanc insistere viam, & explanatam dare: cum inter tot Lexicographos nullus esset, cujus hic vestigia sequi liceret.

Et quidem initio conceptum hunc animo ordinem in omnibus Radicis cujusque vocibus servavi promiscue; nullo vel Nominum vel Verborum respectu: ita uti paulo ante indicata exempla demonstrant. Sed cum ad columnam 231 progressus animadverterem, eo modo laxam nimis contexi telam, quæ facile præscriptam excederet mensuram, densato magis licio eam pertexendam duxi. Itaque cum Radice بض, nova ratione & hoc uti compendio incepi, ut deinceps cum primæ Conjugationis Verbo Conjugationes derivativæ omnes, quæ in radice quaque designandæ essent, uno vinculo constrictæ articulum facerent omnium primum. Spatium quoque lucrandi ergo, Verbalia Conjugationis primæ, (nam de aliis nota res est) ad ipsum sæpe adscita sunt Verbum; & non raro Pluralia suis Singularibus subjecta: nempe ubi voces illas, alieno quamvis loco positas, minus prolixa radicis suæ explicatio sub uno exhibere adspectu posset. quo casu neq; in aliis solemnem illum teneri ordinem necesse fuit. Si & alibi forte, ubi id fieri minus debuerit, factum esse deprehendas, ut innoxio errato ignosces. At si subinde plures unius radicis voces, quæ rem eandem significent, una contineri linea videas, in quibus ante dicta consonantium vocaliumque ratio nostra non observetur; scito me ibi priorem dare locum iis voluisse, quæ notiores ac usu magis receptæ essent.

Sed hæc de Ordine plus satis: spectanda potius ipsa Commentatio fuerit, qua exoticam prorsus linguam, & cum ea inusitatas nobis res, explicare oporteat. Significata quæque expressa sunt, vel propriis vocibus, vel descriptione aliqua & circumlocutione; uti primo conatu, & velut in transitu, facere quivimus, Arabes plerunque imitati magistros, eorumque interpretes Orientales quoque. Si dubia vel obscura essent Gjeuharis verba, ad Firuzabadium recurri, Zjamachsjarim, aliosve, qui Arabice scripsissent. Si nec illi rem in aperto ponerent, aut definitam darent, proximum fuit ad interpretes Persicos Turcicosve me conferre: quod hi sæpenumero, & quidem plurium consensu, vernaculis privisque vocabulis res, intento quasi digito, ita designent, ut nullus supersit dubitationi locus. Sed non raro & hisce Interpretibus hærere videtur aqua: & ubi se minus expedire possunt, ita arcte Arabibus adhærent, ut ne latum quidem unguem ab iis recedere sustineant. Certe dedita ibi opera, omnium sæpe eorum, quos habebam, exemplum secutus, rudiore quodam & indefinito modo, interpretem egi, κατὰ πόδα verbum verbo efferens, donec alicunde lux clarior ac minime dubia affulgeret.

Quod autem ad Varia ejusdem vocis significata spectat, sive Primitiva sint & simplicia, sive per Tropum ab aliis deducta; ea quidem, quorumcunque manifestum quod esse discrimen videretur, vel adscriptis diversi characteris voculis, *&*, *aut*, vel præfixis numerorum notis, distinximus: eo plerunque ordine, (quoties id per otium facere licebat,) ut eorundem nexus, & à primo velut ortu propaginis sequela, lectori nequeant obscura esse. Ejus autem rei per omnia rationem reddere, id utique fuisset nimis extra orbitam evagari. Ubi hoc quoque consideres velim; appositis passim exemplis breviter & clare explanari rem & illustrari: tum ut cujusque Energia & Usus, tum, ubi opus sit, Constructionis quoque modus, & tota Phrasis ostendatur. in quibus rebus fere cujusque linguæ proprietas, vis, ac notio, & quasi genius, consistit.

Hæc quidem ita, prout apud Autores, quos consului & allegavi, tradita sunt & exposita, interpretando reddere studui & sigillatim referre. Sed fere ubique eas

Digitized by Google

eas tantum ſcripto expreſſi Arabicas voces, quæ in proprio radicum ſuarum loco explicandæ eſſent: adſcititias vero, quæ cum illis efficiant Structuram, eas Latine tantum redditas, Italica, ſive currente, uti appellant, litera deſcripſi; ut à cæteris ſignificatis, Romano ſive rotundo charactere deſignatis, quæ Arabicæ voci typis expreſſæ propria ſint, certo diſcernerentur. Etenim alter ille, Italicus character, per omnia exegeſi & arti inſervit; indicatque, uti dixi, vel Conſtructionem; vel Diverſitatem ſignificationum; vel Subintelligendum aliquid; vel Pleniorem ſubinde ac neceſſariam ſignificati alicujus declarationem: vel denique eodem charactere exaratur Nomen ſcriptoris aut libri, cujus autoritate interpretatio nitatur. Cæterum plurima eorum, quæ dicta ſunt, non ſemper integris exprimuntur verbis; ſed plerunque ſuis notantur compendiis & abbreviaturis, ut vocant: quarum diſpoſitam ordine ſuo explicationem gemina mox tabella ſubjungam.

Arabica autem omnia, quæ innuuntur, Arabicis literis adſcribere, metus vetuit & periculum, ne juſtæ menſuræ limites excederet volumen. Sic & ſpatii diſpenſandi gratia, ſæpe in unica linea, ubi commode id fieri poteſt, duæ ſignificatione differentes collocantur voces. E contrario tamen, ſæpe pluribus expono & circumſcribo ſignificationem unam: quin & Arabicum ſæpe Synonymum addo, vel Oppoſitum: quia id ad inſtitutionem, qua me defungi oportuit, & ad clariorem atque expetitam doctrinam, præſtare videbatur.

Ubicunque autem Voces aliquæ, Phraſes, vel Dicta, Arabice exhibenda fuere extra lineam, in qua notæ vocalium proxime eſſent adſcriptæ; ſiquidem illa etiam vocales aliquo modo exigere viderentur, non quidem earum expreſſione ſunt inſignita; ſed Latinis literis, iiſque currentibus, ipſa elatio denotata fuit. Quod ita factum eſt, cum ad diminuendam Typothetæ operam & laborem, tum ut operis Typographici, ex paribus linearum intervallis, major foret æquabilitas, pulchriorque ſymmetria: utque & hoc compendio plus ſpatii accreſceret ad uberiorem commentationem. Nam quanquam intra Gieuharæi Lexici cancellos continere me voluiſſem, qui in principio & in medio ſæpe mihi ſcopus fuit; nihilominus, ſi omnia Arabice quoque exprimenda fuiſſent, verendum mihi videbatur, ut uno volumine illud ipſum complecti poſſem.

Sed cum præterea neceſſe haberem, ad alios ſæpe divertere Autores, ſive de ſuſpectis dubiiſque conſulendi cauſa, ſive lucem mutuandi iis, quæ obſcura eſſent; equidem non potui abſtinere manum, ubi omnium libera poteſtas eſſet, ut non ſimul multa, ad locupletandum Autorem noſtrum, vel illuſtrandum, transferrem: non magis, ac ſibi quis temperet, qui muſæum horreumve inſtruere cupiens omni rerum genere ac varietate, ea, quæ ſibi deeſſe videat, ex oblatis ultro aliorum penuariis conſequi poſſit. Quis adeo ſatur ſit, aut faſtidioſus, ut ex uno in alium atque alium delatus hortum, ubi florum fructuumque nova facies arrideat, non carpere quid aut auferre geſtiat? Sæpe quidem abſtinui, fateor, & unico Gieuhari contentus, alios intactos reliqui: ſæpius vero, ut otium & animus ferebat, etiam avidius obvia congeſſi; & totum quaſi ea parte القاموس, i.e. *Oceanum*, exhauſi. Imo ſicuti initio Operis propoſitum mihi fuit, ab ا ad ابى plenioris ſpecimen Theſauri dare, etiam Barbaris & Propriis nominibus interſertis; quod cum Erpeniano, cujus ante memini, comparari poſſet: ita in Operis fine adductus fui, cum cernerem nondum illud ad extremos præfinitæ menſuræ terminos excreviſſe, ut laciniam attexerem, quæ omnes reliquas, non allatas ante, contineret Radices. Ita ut nulla, quod ſciam, ne quidem in Camuſo, ſuperſit, quam non ſive in ipſo Opere, ſive in Appendice ejus, invenire liceat

Digitized by Google

atque expoſitam videre. Niſi forte pauciſſimæ ſint, de quarum vera lectione ob codicum diſcrepantiam res eſſe deſperata videbatur. In ipſo autem Opere talia ſubinde ita dubie expreſſa in medio relinquere ſatius putavi, mihi aliiſve ſuo tempore diſſolvenda; quam incerto illa atque vacillante judicio temere definire.

Neque vero hic duntaxat radices ſeu themata, & propagata iis vocabula, extant; ſed, quæ ad radices revocari commode nequeant, Barbara quoque, ut illi vocant; à Græcis, Perſis, Indis, aliiſve populis, fere cum novis rebus accepta, & Arabico more flexa vel detorta: ea vero in primis, quæ uſu recepta apud ſcriptores Arabes non raro occurrunt. quibus, uti & aliis peregrinis vocibus, quæ radicum ordini adſcriptæ ſunt, ſuam cuique, quoad potui, originationem ſubjeci. Sic quoque hiſce affinia alia non pauca, ſcilicet Propria locorum, hominum, ac ſimilia nomina, fere cæteris mere Arabicis inſerta habes; præſertim quæ uſu maxime frequentia ſint apud primarios autores. At ejuſmodi generis utriuſque voces, & Barbaras, & Proprias, conſectari omnes pari cura, quam me colligendis radicibus impendiſſe dixi; id utique fuiſſet alterum conficere volumen, & extra oleas ferri: ubi non alia mihi meta erat, quam interpretem præſtare me Arabici ſermonis, ejuſve tradere intelligendi inſtrumentum.

Hac tamen in re videbor forte nonnullis peccare, operoſa non tantum, ſed etiam ſupervacua curioſitate: quod hic generatim quidem nimia copia & voces & ſignificata redundent; tum ſpeciatim vero tam multa infarta ſint, quæ *camelo, palmæ, dactylis*, ſimilibuſve rebus, attribuantur; de quibus haud multa, aut perrara, ſoleat mentio fieri. Hiſce quidem ita reſponſum velim: cum minime ſuperfluum ſit in linguarum ſtudiis, ubertatem earundem & proprietates cognoſſe; tum ejuſmodi res, negatas Europæ atque inuſitatas, illi genti notiſſimas eſſe & indigenas, ab ipſo linguæ ſuæ ortu familiares, ſcriptiſque paſſim celebratas; & de quibus plurima memorantur cognitu minime indigna. Tum etiam quæ de *illo jumento, arbore, fructu*, vel de aliis vernaculis rebus Arabice dicuntur, eadem plerunque etiam de cæteris, quæ ubique magis obvia, in ſuo quæque genere, uſurpari. Quin vocabula multa ejuſmodi rebus primitus fuiſſe impoſita videntur; quæ ad alias deinde, etiam toto genere diverſas, ſignificationes, præ ſimilitudine, aliamve ob cauſam, tranſlata fuerint. Unde dubiæ complures & obſcuræ origines in hac lingua, reliquiſque cognatis, commode ſæpenumero illuſtrari poſſint.

E contrario autem de penuria quadam & defectu alii conquerentur: qui plurimas è radicibus ſuis natas ſoboles hic deſiderent; ex eo præcipue numero, quo Gieuharim excedit Camuſi autor. Quibus jam ante reſpondi, nec propoſitum mihi fuiſſe omnes ex æquo pervadere maris illius immenſi partes, nec totum præſcripto mihi littore includi potuiſſe. Et profecto, ut dicam, quod res eſt, ſi quam congeſſimus, non nimia ſit penus, pro tenera horum ſtudiorum ætate; ſaltem uberiorem copiam hæc ipſa non magnopere depoſcat.

Ideoque ſi cui libeat duo illa inter ſe extrema conferre, atque penſata hinc inde ſententia arbitrari: ei quidem, uti confido, videbimur medium tenuiſſe; nec propter auctaria, ſupra promiſſam Gieuharis menſuram adjecta, minus meruiſſe gratiæ, quam ab eodem autore ſolo & ſeorſim ſperari potuiſſet. Hoc vero mihi ſummum fuerit, & pretium laboris, ſi tam propenſo in ipſas literas affectu hæc noſtra accipi contingat, quanto cum promovendi illas ſtudio à me ſuſcepta ſunt, & communis boni amore ingenuis omnibus ac bonis offeruntur.

Faxit

Digitized by Google

Faxit Deus ter Opt. Max. ut quam linguam tot gentibus extra Christianum orbem, & quasi omnibus literatis, communem esse voluit, ea utrisque interpres & spiritualis commercii instrumentum fiat. qua eædem gentes orbi Christiano impertiant quicquid bonæ mentis & virtutis habent; hic vero illis salutiferam Euangelii lucem ac vim refundat, ut tandem solus dominetur & universis imperet, qui lux mundi & dominus omnium est, Jesus Christus.

Cæterum de opera mea ac labore æquanimiter sentias rogo, benigne Lector, quanquam lente is processisse videatur, multas per causas, tum privatas, tum publicas, sæpe interruptus; ceu tumultuario tamen modo quodam plerunque deproperatum fuisse. Namque uno fere tempore, quodcunque ab aliis muniis mihi vacuum suppetebat, conferendi erant & corrigendi Arabici autores, qui hic præsertim mendose leguntur & veneunt; excerpenda atque interpretanda quæ convenire judicarem; omniaque juxta novi ordinis normam dispescenda; & typographicis simul operis mea emendatione subveniendum. Quamobrem nec otium fuit excutere adversaria, tum hic, tum in Asia & Africa, ex lectione & usu collecta; quæ alias plurimum quoque conferre potuissent. Neque vero tam operoso concinnando Operi, & propter componendi ordinis molestiam tædioso, alia facile posthabuissem studia amœniora, nisi jacta, ut ajunt, alea, & inscripta mihi semel necessitatis ac velut certaminis lege, ita comparassem me, ut exire stadio aut pedem referre penes me integrum non esset.

Sed quando in eo versarer, plurima apud autores, qui perlustrandi essent, in transitu offendi, quæ ad Arabicæ literaturæ perfectionem & cultum non minus facere viderentur, quam illa, quibus tunc dedidissem me atque exponendis operam darem. Talia erant tum descriptiones rerum, quæ, ignotæ nobis & exoticæ, Naturam spectarent vel Artem; tum Adagia & Formulæ; tum quæ Geographiæ & Historiæ propria essent. Quæ cum Lexico hoc comprehendi non possent, ea seorsim annotare, & quæ apud interpretes Persas notatu digna se offerrent, in Lexicon Persicum referre, non minus utile & necessarium putabam, quam mihi jucundum laboris reliqui ac tædii solamen erat.

Quibus causis simul omnibus factum fuit, ut non potuerim eidem Operi, quam quidem vellem, adhibere limam; licet hujus generis scripta eam non tantopere requirant: sed nec tantum curæ & diligentiæ conferre, ut non nævi aliqui & mendæ inspersæ supersint. Hisce tamen, ne qua parte illa fraudi sint, in fine operis prospicere decrevi: & quicquid hic commissum aut omissum est, secutura mox, si Deus volet, prompta & magis accurata Lexici quoque Persici, quod absolutum recognitumque est, editione pensare. Atque ad alia prosequenda, &, quantum dabit Deus, perficienda, quæ inchoata habeo, animum adjeceris, si hæc, quæ nunc prodeunt, boni consulueris: quod, uti te oro, benevole Lector, ita ut cum multo tuo commodo iisdem fruaris, exopto. Daturus etiam sum, annuente eodem numine, breve & commodum Lexici compendium, primis quoque tironum studiis aptatum: ut qui videar mihi rationem ejus optimam ex ipso didicisse longiore hujus Operis labore.

Sed quoniam & toto hoc eodem opere brevitatis ergo adhibitæ sunt notæ & compendia quarundam vocum, quorum alia interpretationem respiciunt, alia vero passim allegatos autores; ea quidem omnia, quæ non sint vulgati usus, in antecessum hic plenius exponi quam maxime opus fuerit. Idem quoque postulare forte videantur pauca vocabula, quæ licet raro admodum incidant, importuna tamen esse queant, aut injicere legenti moram. itaque & de illis, medio inter easdem generis utriusque abbreviaturas loco, quod scire tua referat, monebo.

Numeri

Numeri Romani I. II, *&c. notant ordinem & formam Conjugationum: de quibus Grammatica agit. Sed quoniam non uno modo res illa tradi soles, quem quidem ego sequar, ex sequenti earundem serie constabit. Et quidem*

Triliteræ Conjugationes ita habent:

I. فَعَلَ ، فَعِلَ ، فَعُلَ . II. فَعَّلَ . III. فَاعَلَ . IV. أَفْعَلَ . V. تَفَعَّلَ . VI. تَفَاعَلَ .
VII. إِنْفَعَلَ . VIII. إِفْتَعَلَ . IX. إِفْعَلَّ . X. إِسْتَفْعَلَ . XI. إِفْعَالَّ . XII. إِفْعَوْعَلَ .
XIII. إِفْعَوَّلَ .

Q. *Quadriliteras Conjugationes notat: suntque*

I. فَعْلَلَ . II. تَفَعْلَلَ . III. إِفْعَنْلَلَ . IV. إِفْعَلَلَّ .

Notæ autem Arithmeticæ, quas Indis acceptas ferunt Arabes, & in Europam primi intulerunt, scilicet 1, 2, 3, *&c. numeros & ordines significationum designant, in quavis orationis parte.*

ABBREVIATURÆ,

quæ ad Interpretationem spectant juxta ordinem Alphabeticum, hæ sunt:

Adag. *Adagium.*
Act. *Actionis nomen, seu nomen Verbale, quod & Arabibus pro Infinitivo est.*
Ag. *Agens, seu Participium Activum.*
alt. *alterius.*
cc. *construitur cum.*
cca. *construitur cum Accusativo.*
ccg. *construitur cum Genitivo.*
ccga. *construitur cum gemino Accusativo.*
cap. *cum Accusativo personæ.*
car. *cum Accusativo rei.*
ccar & ب p. *construitur cum accusativo rei & ب personæ. ubi persona sæpe rem alteram notat: ut* خلط شيا بشيء miscuit rem rei.
Coll. *Collectivum.*
Comp. *Comparativum.*
Denom. *Denominativum.*
Deriv. *Derivativum.*
Dim. *Diminutivum.*
Dipt. *Diptoton: scil. terminatione.*
ex. al. *exemplari aliud vel alterum.*
Fut. { *I.* / *O.* / *A.* } *Futurum habens in media radicali vocalem* { *Kesra.* / *Damma.* / *Phata, seu potius Phatha.* }
Gent. *gentile nomen.*
Gl. *Glossæ.*
Hamz. *Hamza, vel Hamzatum.*
Impers. *Impersonaliter.*
Intrans. *Intransitivum, Intransitivè.*
med. { *Damm.* / *Kesr.* / *Phat.* } *media Radicali in Præterito habente vocalem* { *Damma,* / *Kesra,* / *Phatha,* }
Met. & Metaph. *Metaphoricè.*
Part. & Partic. *Participium.*
Pass. *Passivum.*
pec. & pecul. *peculiariter.*
Pers. *Persicè.*
Pl. & Plur. *Plurale*
Plur. pauc. *Plurale paucitatis; quod rarioris est usus.*
Pl. mult. *Plurale multitudinis; quod frequentius usurpatur.*
Pl. p. vel P. plur. *Plurale Pluralis, nempe ab alio formatum Plurali.*
Plur. san. *Plurale sanum, cujus Masculinum desinit in* ون; *vel Fæmin. in* ات.
Poss. *Possessivum.*
prox. seq. *proxime sequens.*
sign. *significatione.*
serv. *servilis litera.*
Sing. *Singulare.*
Superl. *Superlativum.*
Trans. *Transitivum, Transitive: cum Verbum actionem notat ex absoluta transeuntem simpliciter, vel quæ transeat in secundum.*
Unit. *Unitatis nomen, unum ex Collectivo significans.*

In Appendice,

* *Nota est sequentis emendationis.*

Vocula ha: item, &, etiam, seu, aut, similesve, & in Verbis numeri Romani, indicant alias ibidem addi significationes.

De pauculis inusitatis vocibus, in quas forte incidas, ita habe: per Ripham, *à* ليف *semiarabicum nomen, denotari fibrillas seu fibrosam flexibilemque materiam, ex qua palmæ truncus constat. Et quia vox eadem per aphæresin cum* χαμαιῤῥιφὴς, *sc.* φοῖνιξ, *convenit; subinde per eam quoque indigitata fuit palma pumila & silvestris: quæ proprio nomine* دوم *vocatur. utrumque autem usum suis locis quam facillime discernes. Quæ* Catha *seu* Katha *avis sit, in* قطا *cognosces: quid* Pilentum camelinum, *in* هودج *explicatur.*

Abbre-

Digitized by Google

Abbreviaturæ indices librorum, qui in Lexico autoritatis firmandæ cauſa allegantur, ita intelligendæ ſunt:

M. SS.

* *Gi.* Gieuharis: صحاح اللغة لاسمعيل بن حماد الجوهري *In Meſopotamia & Syria autor vixit, deinde in Choraſan; ubi opus hoc ſuum edidit, circa annum Hizjræ 390. De eo doctiſſimum Pocockium vide in præclaro ſpecimine Hiſtoriæ Arabum, nuper edito Oxoniæ; ſcilicet pag. 364.*

* *Ca.* Camus ſeu Camuſus: القاموس المحيط لمحمد بن يعقوب الفيروزبادي *Plurimos in Arabia annos exegit autor, ſtudiorum inprimis cauſa. Ubi inter alia opus hoc, Oceani nomine inſcriptum, Meccæ abſolvit: & Zebidi, quod oppidum eſt non procul inde diſtans, obiit diem anno Hizjræ 817, pene nonagenarius. De eo etiam idem Pocockius agit pag. 361. Ad exemplar, quod nobis hic fuit, alterum quoque conferendi ergo addidit inclyti ſummique viri, Iohannis Seldeni, benevolentia, qua aliorum ſtudia non minus promovet, quam ſuis Remp. literariam exornat.*

Mar. Maruphides ſeu Ibn Maruph: كنز اللغة تاليف محمد بن عبد الخالق بن معروف *Lexicon Arabico-Perſicum, ſatis amplum & probum: quod per Infinitivos & Nomina autor diſpoſuit juxta primæ & tertiæ literæ ordinem: mediæ non videtur certa ratio haberi. Is autem patria Medus, & quidem Gilanæus ſive Gelus, fuit: ex nepotibus Nomani Ibn Mundir, Arabum regis; prout notæ margini adſcriptæ habent. Ejus regis meminit Pocockius pag. 73. & 137. Geminus obtigit uſui meo codex: unus quidem beneficio ampliſſimi dignitate ac laude viri, Davidis de VVillem; alter vero eximii Medici Iohannis Verlanii amica conceſſione.*

* *Cor.* Alcoranus: القران, *quem propediem edere hic decreverunt Typographi noſtri.*

Meid. Meidanius ſeu Meidanenſis: اسامي الاسماء للميداني *Onomaſticon Arabico-Perſicum; ſcilicet Nomina Arabica continens, non etiam Verba, Perſicè explicata. Cujus copiam mihi fecit literarum, etiam Orientalium, laude excellens vir, Adrianus Iunius, Gymnaſiarcha Amſtelodamenſis. Autorem hunc eſſe eundem puto, cum eo, quem deſcribit Clariſſimus Pocockius pag. 369.*

Mirc. vel *Merc.* Mircât: مرقاة اللغة *Lexicon Arabico-Turcicum, phraſibus illuſtratum, & ſatis exactum.*

* *Merc. Maj.* Mercât Majus: *idem nomine cum præcedente. Sed quia paulo majus eſt mole, ita alterum ab altero diſtinxi: ſcilicet Dictionarium Arabico-Turcicum, in quo ultra 31000 voces explicantur.*

* *Muzj.* Muzjmel: مجمل اللغة لاحمد بن فارس بن زكريا الرازي *Eodem tempore autor cum Gieuhari vixit: at ſuum hoc Lexicon recepto apud nos Radicum ordine conſcripſit. Quod uti Gieuharæo minus eſt, ita quoque ante illud fuiſſe editum puto.*

* *Za.* vel *Zam.* Zamachſjaris: اساس اللغة لمحمود بن عمر الزمخشري *Lexicon eodem ordine compoſitum, ſcitis refertum dictis. Autor plurimis operibus clarus eſt: de quo Pocockius pag. 369.*

* *Beith.* Beitharides ſeu Ibn Beithar: كتاب ابن البيطار في مفردات الطب *De ſimplicibus medicamentis liber; autore Medico Malacenſi, qui poſt multas peregrinationes Damaſci obiit anno Hizjræ 646.*

* *Demir.* Demirius: حيات الحيوانات لمحمد بن موسى الدميري *De hiſtoria animalium liber: mortuus eſt autor anno Hizjræ 808. de eo Pocockius tractat pag. 377.*

Iac. Iacutus: معجم البلدان لياقوت الحماوي *Iacuti Hamatæi Theſaurus Geographicus.*

Nomina cæterorum, quos rarius cito, ut quærenti magis obvia ſint, ordine Alphabetico ſubnectam.

Ex M. SS.

* *Abulf.* Abulfeda: تقويم البلدان لابي الفدا *Geographia Abulfedæ.* * *Afr.* Africani Arabes: *ex quorum ore me didiciſſe quid memini.* *Anon.* Anonymi *Lexicographi Arabis pars.* *Aſç.* Asâmi: كتاب السامي في الاسامي *Onomaſticon Arabico-Perſicum.* *Aſ.* vel *Aſi.* Aſiatici Arabes: *è quibus quid auditu accepi.* *Bahr.* Bahrein: مجمع البحرين *Liber Theologicus & Philoſophicus.* * *Beid.* Beidâvis: تفسير البيضاوي *Commentarius in Alcoranum.* * *Cazv.* Cazvinius: كتاب عجايب للقزويني *Hiſtoria naturalis.* * *Chal.* Ibn Chalicân: تاريخ ابن خلكان *Hiſtoria virorum illuſtrium. de eo Pocockium conſule pag. 364.* *Chriſt.* Chriſtianorum *Arabica ſcripta.* * *Cotr.* Cotrob: كتاب المثلث لقطرب بن احمد البصري *Syllabus triliterarum vocum, quæ pro triplici vocali primæ Radicalis tres habent diſtinctas ſignificationes.* * *Def.* Definitiones, *ſcil. Theologicæ & Philoſophicæ:* كتاب تعريفات *anonymo autore.* * *Deſt.* Deſtour: دستور اللغة *Gloſſarium Arabico-Perſicum.* *Ect.* Ectari: لغتى

Digitized by Google

لغت اختري *Lexicon Arabico-Turcicum. Gaz.* Gazâlis : الغزالي , *de quo Pocock. pag.* 371. *Haf.* Hafiz : ديوان حافظ *Poëmata Hafiz, poëta Persici. Hal.* Halîmi : بيان لغات الحليمي *Lexicon Persicum Turcicè explicatum. Her.* Hezâr : هزار لغات *Glossarium Arabico-Persicum.* * *Is. & Isa,* Isa Ibn Alîs : كنسيقون عيسي بن علي المطبب *Lexicon Syro-Arabicum Isa Ibn Alis. Litt.* Litteræ *Arabicorum Regum Africæ imperantium. Kesj.* Kessjâf : الكشاف للزمخشري *Commentarius Coranicus; de quo Pocockium vide sis pag.* 369. * *Log.* Logat : لغت نعمت الله *Lexicon Persico-Turcicum uberrimum.* * *Mal.* Malajesa : ما لا يسع الطبيب جهله خليل صوفي *De materia Medica, sive simplicibus liber. Muk.* Mukáddema : مقدمة الادب *Glossarium Arabico-Persico-Turcicum: quod è Persia allatum fuit à præstantissimo viro, Adamo Oleario, & communicatum mihi amicissime.* * *Mes. pro quo pag. hujus Lexici 862. lin. 7. Nes. excusum,* Mesudis : مروج الذهب للمسعودي. * *Mut.* Mutenabbis : ديوان المتنبي *Opus poëta, Arabum poëtarum facile principis.* * *Ned.* Ibn Nedîm : فهرست ابن النديم *Elenchus scriptorum Arabum.* * *Nuv.* Nuveirius : كتاب فنون الادب للنويري *Literatura Arabica bibliotheca.* * *Ol.* Olimius : تاريخ القدس للعليمي *Chronicon Terræ sanctæ. Phil.* Philosophorum *Arabum scripta.* * *Reg. Jur.* Regulæ Juris : صدر الشريعة. *Shol. Mut.* Sholia in Mutenabbim, *de quo supra.* * *Seb.* Sebekius : طبقات العلماء للسبكي *De vitis Sapientum. Term.* Termini *Theologici & Philosophici: idem liber cum eo, qui supra per Def. designatur. Zein.* Zeino 'latthâr : مفتاح العزايى لحاجي زين العطار *Synonyma Arabica & Persica Medicamentorum.*

Et ex impressis.

Alf. Alfergani *Astronomicon. Ceb.* Cebetis *tabula. Eucl.* Euclides *Arab. Romæ editus. Geogr. Nub.* Geographus Nubiensis. *Gigg.* Giggæi *Thesaurus Arab. linguæ. Hist. Sar. Historia Saracenica.* Locm. *Locmanni fabulæ. Prov.* Proverbia *Scaligeri. Tim.* Timuri *Historia.*

Reliquorum nomina per se satis manifesta sunt. Psalmi autem cum citantur, intelligitur editio Saveriana, Romæ facta: cum ex Pentateucho quid vel novo Testamento adducitur, editio Erpeniana. Ex iis autem tum fere allegatur quid, si quando hoc peculiari illic usurpetur significatione.

*Qui asterisco * libri sunt insigniti, in Academiæ hujus bibliotheca exstant, simul cum aliis circiter* 250 *Arabicis M.SS. ex Asia & Africa fere omnes liberalitate publica comparati, ad promovendam horum studiorum culturam atque communem utilitatem. Quæ quidem ita enarrata sunt particulatim omnia, tum ut beneficentiæ, publicæ privatæque, sua pro merito tribueretur gratia; tum ut tibi, Lector studiose, facilius liceret hæc nostra cum suis, unde petita sint, fontibus conferre; & tua quoque ope perficere in melius & locupletare.*

Pro coronide hic sint, & sequenti auspicata operi, ipsa verba, quibus præstans ille Camusi autor suam conclusit Præfationem: at de quibus minus arrogo mihi priorem voti partem, ut qui eo pretio mea hæc metiri nolim, benevolentia tua & venia contentus: tantoque magis partem alteram & posteriorem convenire mihi existimo, & quo ille majore præiverit modestia qui hic eruditione me longissime prævertit:

وَٱللّٰهَ أَسْأَلُ أَنْ يُثِيبَنِي بِهِ جَمِيلَ ٱلذِّكْرِ فِي ٱلدُّنْيَا وَجَزِيلَ ٱلْأَجْرِ فِي ٱلْآخِرَةِ
ضَارِعًا إِلَى مَنْ يَنْظُرُ مِنْ عَالِمٍ فِي عَمَلِي أَنْ يَسْتُرَ عِثَارِي وَزَلَلِي وَيَسُدَّ بِسَدَادِ
فَضْلِهِ خَلَلِي وَيُصْلِحَ مَا طَغَى بِهِ ٱلْقَلَمُ وَزَاغَ عَنْهُ ٱلْبَصَرُ وَقَصُرَ عَنْهُ ٱلْفَهْمُ وَغَفَلَ عَنْهُ
ٱلْخَاطِرُ فَٱلْإِنْسَانُ مَحَلُّ ٱلنِّسْيَانِ وَإِنَّ أَوَّلَ نَاسٍ أَوَّلُ ٱلنَّاسِ ۞

hoc est, ut imperitiores mea interpretatione juvem,

Deum vero precor, ut pro laboris præmio mihi tribuat decus honesti nominis in hac vita, & uberem gratiam mercedis in altera; obnixe rogans, ut quicunque opus meum doctior inspexerit, tegat ubi cæspitaverim lapsus meos, & obstruente expleat favore suo hiantes rimas; utque emendet quod depravatum sit calami ductu, quod hallucinatus sit visus, nec assequi valuerit intellectus, & quod per incuriam animus neglexerit. Utique * homo * oblivioni est obnoxius: siquidem primus, qui * oblitus sit, * hominum primus fuit.

* *alludit ad utriusque nominis in Arabica lingua convenientiam.*

JACO-

Digitized by Google

JACOBI GOLII

LEXICON ARABICO-LATINUM.

ا *Alif extra dictiones, & plerunque accentum habens circumflexum, similemve superne virgulam, Arithmetica nota est* Unitatis, *pro ordine literarum Alphabeti.*

أ *Particula inseparabilis: 1, Vocativa propinqui,* O. *c c n, vel c a: & simili* يا *addita, cum vocatur remotior,* أيا *Ajâ,* O, heus. 2, *Interrogativa,* An? num? *& cum VVau pleonastico,* أو *Ava,* Anne? 3, *Disjunctiva,* Sive, num: *scilicet cum sequitur alterum membrum; cui loco* ا *præfigitur* أم: *uti in Cor.* أأنذرتهم أم لم تنذرهم Sive commoneas eos, sive non. *Ita & in gemina interrogatione seu disjunctione interrogativa fit: ut* أزيد عندك أم عمرو Num Zeidus apud te est, an vero Amrus? *Gi. juxta sign. 2 & 3. convenit cum* ἦ *Græcorum.* 4, *i. q.* آه *Ah, seu pro eo, plangentis Particula sive Interjectio,* Heu, ah. *Ca.*

آ, *imprimis producto spiritu elatum, Particula vacantis eminus & vociferantis,* O. Heus. *item deridentis & despicantis,* Hui. Vah. *Unde fit Nomen* آءة *Aton, Diminutivum* أويئة *Ojaijaton,* Ironia. vituperium. *Gi.*

آء *Coll. &* آءة *Unit.* Nom. arboris & fructûs. *juxta quosdam, quo coria concinnantur. Gi. Ca. juxta alios, sub qua sæpe versari dicuntur genii dæmonesve. Asa. Sed pertinet ad* أوا. *vide &* الاء *in* الو.

آب, *quibusdam etiam* أبّ. *Chald.* אב, Nom. mensis Syrochaldæi: *quo mensem Augustum Arabes notant. de eo plura in* أوب *vide.*

أاح *pro* إياح, Albumen ovi. & أاح, *Particulæ seu Interjectionis formâ,* Sonus tussientis. *Item* Apage. Vah. *Ca. qui ad* أحح *refert.*

أوه الاه *in* أوه, *&* أيد *vide: uti* الام *in* أوم.

أأرغيس, *Vox Barbarica,* Cortex radicis oxyacanthæ sive berberis. *Ibn Beith. vide* امر *in* امير بارس *&* اثرار.

آس, *Chald.* אסא, Myrtus. *Coll. Item* Reliquiæ & vestigia rei: *nempe,* cinerum in foco; mellis in alveari; habitaculi in loco, ubi situm fuerat. *Gi. Ca. item* Sepulchrum: *quippe ubi reliquiæ hominum. nec non i. q.* صاحب, Socius. dominus. *Ca. Sed illa potius ab* أوس *sunt.*

أاض *pro* أيض *est: ideoque ibi quære.*

أاطريلال Gingidii species. *nomen Barbaricum est; scil. quod Afrorum linguâ* pedem avis *notare tradit Ibn Beith. unde Arabibus* رجل الغراب Pes corvi *dicitur. Africanâ autem linguâ Adâr* pes *est, Ilâl* volucris.

آفة *&* آف Pernicies, noxa, calamitas. *Sed hæc à Radice* أوف, *&* أيف, *sunt.*

آل *Collect. sine Unit. i. q.* أهل, *seu pro eo.* Populus. Familia, cognati & propinqui. *sed hoc ad* أول *spectat.*

آلوصن *&* أالصن, *Græcum est,* Ἄλυσσον, *Diosc. lib.* III. *cap.* 105. *Ibn Beith.*

أامة, *de eo in* أوم *&* أيم *vide sis.*

آه Dixit آه *seu* آهٍ; *quæ est Particula gementis,* Ah. Heu. *Gi. Vide* أوه.

I. أبّ, *Fut. O & I.* Paravit se, accinxit & applicuit se corpore *vel* animo. *c c* ل, *item cap &* الى *r: ut* اب للسير او لينهب

Digitized by Google

Accinxit se ad iter vel ut abiret. *Gi. Za.* اب يده الي السيف, Expedivit manum, extendit, admovit gladio ad stringendum. 2, اب الي الوطن Tetendit in patriam: *sc. desiderio, vel ipso itinere. Gi. Hinc i.q.* قصد: *ut* اب ابه, *id est*, قصد قصده. Contendit ad id quod voluit; rem suam egit, suam institit viam: *vel* contendit ad eum, illum versus. *& Intransitive* ب, ابت ابابته *i.e.* استقامت طريقته, Recta seu bene instituta fuit agendi ratio ejus aut vitæ regula. 3, Paratus destinatum certumque intentavit impetum, eove aggressus fuit. *Ca. pro quo etiam* وب *usurpatur. Atque hinc universalius sumitur*, Movit, commovit *rem. cca. Ca.*

أَبٌّ *Act.* ع أَبَّ. *& ipsum* Propositum. *Ca. item* Gramen, seu pabulum quodcunque virens. *Muzj. Gi. Opponitur in Cor.* فاكهة fructus. *Illud quippe pecori idem, quod hic est homini. Consonat cum Ebr.* אב, *Ch.* אִבָּא. *imò* Quicquid viroris terra producit. *Ca. Ibn Marûf interpretatur* Pascuum. pratum. *item* Nomen oppidi in Jemen, *i.e.* Arabia felice. *Ca.*

إِبٌّ Nomen pagi Arabiæ felicis. *Ca.*

I I. أَبَّ Clamavit, vociferatus fuit: *ut qui adoritur hostem. Ca.* ἀβα clamor, *Hesych.*

أَبَابٌ *Act.* ع أَبَّ. *dicitur:* هو في أَبَابِهِ Paratus & in procinctu stat. *Gi. item* Aqua. Potus. *Ca. fortè à Persico* اب *âb*, aqua. *& hinc quoque videtur esse*

أُبَابٌ, Fluxus ingens. Fluctus, unda. *Ca.*

أَبَّة Nomen pagi gemini Bactrianæ; *quorum alter* superior, *alter* inferior *dicitur. Ca.*

أُبَّة Nom. oppidi Africæ propriè dictæ. *Ca.*

أَبِّيّ Nomen viri; *nempe* ducis cujusdam Nabathæi, fil. Samigân. *Ca. &* Nomen fluvii prope Cufam; *&* alterius in Babyloniæ regione Wasith. *item* Nomen putei cujusdam Medinensis: *quod pro Fatha* ا *etiam Damma habet. Ca. Refertur & ad* ابي.

إِبَّانٌ Tempus idoneum, καιρός. *Zam. Unde proverbium:*

أَبُوتٌ Locus herbosus. pratum. *Mir. Maj.*

أُطْلُبِ ٱلْأَمْرَ فِي إِبَّانِهِ, Quære *vel* pete rem suo tempore & loco. *Zam.*

أَبَابَة *Act.* ع أَبَّ; *sign.* 1 *&* 2. *&* Institutum, agendi *aut* vivendi ratio, & regula. *Ca.*

أُبُوبٌ *Plur. forma* XII, *à Sing.* أَبٌّ, Gramina, virentia pabula. Prata. *Ca.*

V. تَأَبَّبَ *i. q.* تَبَحَّحَ, Irrausit; raucedine correptus fuit, eâque laboravit. *Ca. velut ex clamore. Vide conj.* II. *item pro* تعجب, Admiratione *rei* affectus fuit. *cc* ب. *Ca.*

أَبَاءٌ *Coll.* أَبَاءَة *Vn.* Arundo. *Gi. Ca.* Arundinetum. Papyretum. *Ca.* Extremitas seu spica arundinis. *Mu. Huc quidē referunt Sibuvaus & Camus: at ultimam Radicis literam Ie constituunt Giëuharis & Abu Beker. Ideoq; & ibi vide. Haud multum dissidet ab Hebr.* אֵבֶה.

I. أَبَتَ *Fut. O; &* أَبِتَ *Fut. A*, Calore æstuavit *dies. Gi. & in genere*, Ferbuit. *Mar. &* Intumuit *ex potu. cc* من. *Ca. sed vide* ابض.

أَبْتٌ *Act.* ع أَبَتَ. *Ca. item* Fervens, æstuosus *dies. Gi.*

أَبِتٌ *&* آبِتٌ, *Fœm.* ة, *Ag.* ع أَبِتَ, Æstuosus, fervens *dies: vel* talis *nox. Ca.*

أَبَتِ Pater mi. *pertinet ad* ابو: *quod vide.*

أُبُوتٌ *Act.* ع أَبِتَ. *Ca.*

أَبْتَة Vehementia & ardor *iræ. Ca.*

V. تَأَبَّتَ *i q.* إِحْتَمَدَ, Exarsit, excanduit *pruna. Ca.*

مَأْبُوتٌ *i.q.* مَحْرُورٌ, Fervens & æstuans: *pec. ira: Ca. vel* temperamento. *Mar.*

I. أَبَثَ *Fut. I, i.q.* شَتَمَ *&* سَبَعَ, Probrosis verbis traduxit, *aut* incusavit. Conviciatus fuit. *ccap, vel c* علي *p. Mu. Ca. quasi idem videtur cum* أبس. *Mar.* II. *Idem. Ca. Sed*

I. أَبِثَ, Potu & ingurgitatione lactis (camelini *Mar.*) intumuit & inebriatus fuit. *Gi. ex Abu Amro; qui tradit solum camelinum lac illa inebriandi pollere virtute. Convenit utcunque cum Ebr.* אבס, *quod* saginare & implere *notat.*

أَبِثٌ *&* آبِثٌ *i. q.* نَشِيطٌ, *cum quo etiam jungi solet*, Agilis, alacer. *Gi. quasi* ابت fervens, *aut pro* ابص.

أَبَاثَى *Pl. ceu à Sing.* أَبْثَانُ, Saturi, satiati, *cameli;* & ita procumbentes humi. *Ca.*

مَأْبِثٌ Nomen proprium loci. *Ca.*

مُؤْتَبِثَة, *Nomen à Conjugatione* VIII. *derivatum,*

Digitized by Google

vatum, Vter qui impletur lacte atque intumescit. *Ca. Respondet Chald.* ...

أَبْخ *i.q.* أَبَد, Æternitas, seculum. *Ca.*

أَبْجَد Vox artificialis; prima earum octo, quibus literæ Alphabeti Arabici ordine Ebræo comprehenduntur.

أَبَخ *pro* وَبَخ, Reprehendit, corripuit, objurgavit. *eca. Ca.*

أَبَدَ *Fut* I. Constitit, substitit. *Mu.Gi.* Perennavit. *quasi contrarium τῷ Ebr.* אבד periit. *Item (Fut. etiam O) i.q.* توحش, Ferum *seu potius* à contrectatione *vel* consuetudine alienum evasit *animal*. Pavidum indomitumve fugit, aufugit. *Gi. Ca. Contrarium veluti significationi præcedenti, & conveniens utcunque cum significatione Radicis Ebrææ.*

أَبِدَ Iratus, ira percitus, & quasi efferatus fuit. Societatem, consuetudinem fugit. *Gi. Item* Obscure & intricate (minus familiari & consueto more) loquutus fuit. *Ca. Za.*

أَبَدٌ Ævum, sempiternitas. *Gi.* Tempus sine catena: *uti* ازل quod caret principio. *Hinc*

أَبَدًا, *vel* أَبَدَ ٱلْأَبِيدِ, *vel* عَلَى أَبَدٍ, *vel alind simile post se nomen habens in regimine, sive Singulare, sive Plurale, εἰς αἰῶνα τῶν αἰώνων,* In seculum seculorum. *Item*

أَبَدٌ *pro* أَلْأَبَد, Sempiternus, æternus *Ca. Denique* Proles unius anni, fœtus anniculus. *Ca.*

II. أَبَّدَ Perennem fecit: æternitate donavit. *Gi.* Fugacé, pavidum reddidit. terruit, à consuetudine & societate alienavit. *Mar.*

إِبِدٌ Fœcunda, prolifera *serva vel asina. Ca. à perennitate.*

إِبِدٌ *Serva vel asina* Fugax *seu* immansueta. *Ca.* Asina sylvestris, quæ in deserto vivit. *Mu.* Asina. *&* Pullus asinæ. Ancilla. *&* Ex ancilla natus. *Mar.*

أَوَابِدُ *Plur. à Sing. sequente* آبِدَةٌ, Fugacia animalia. Feræ. *Hinc* اوابد الطيور (*oppositum τῷ* قواطع) Solivagæ aves, & nesciæ cicurari; aut doceri, *ut dimissæ ad locum redeant. Vnde proverbium* النعم اوابد فقيدوها بالشكر Beneficia sunt fugacia, at ligate ea gratiarū actione. *Suna. Dicitur quoque* اوابد الكلام *i.e.* غرايبه, Peregrinæ & inusitatæ locutiones. *Za. &* الشوارد *i.e.* اوابد الاشعار, Carmina *seu* rhythmi celebres. *Gi. velut per ora hominum passim vagantes: vel* incomparabiles, qui præstantiâ pares non habent. *Za. quasi ab aliorum societate alieni: vel mirabiles & inusitati.*

آبَادٌ *Pl. ab* أَبَدٌ, Secula, tempora æterna. *Gi.*

أُبُودٌ *Act. &* أَبَدٌ, Subsistentia. Perennatio. *Gi. Item Plur. à Sing.* ابد, Secula. *Gi.*

أَبِيدٌ Perennis, æviternus. *Gi.*

أَبَدُ ٱلْأَبِيدِ Seculum seculorum. *Gi.*

أَلْأَبِيدُ Nomen plantę. *Ca. fortè* Ἀείζωον Sempervivum.

أَبِدَةٌ Fœcunda, prolifera *camela. Ca.*

أُبَّدَةٌ Hispaniæ Bæticæ *seu* Andalusiæ oppidum. *Ca.*

آبِدَةٌ Animal fugax, *seu* pavidum, immansuetum indomitumve. Fera. *A prima radicis significatione ita dictum vult Camus, quòd ob longævitatem vulgo perennes creduntur feræ, & per se minus mortales. Item* Infortunium, & malum ingens, *utpote in secula memorandum. Gi. Immo* Res peregrina & insueta quævis. *Za. quin* Historia, fabula. Parabola. *Merc. Mar. fortè à Persico* ابده Miranda res, *&* historia.

أَبَدِيٌّ Ad æternitatem spectans. Æternus.

أَلْأَبِدَاتُ *Plur.* Fœcunda *seu* prolifera quæ possidentur bona: *ut sunt serva, asina, equa: quippe quæ pariunt quotannis. Mu.*

أَلْأَبِدَانِ Serva & equa. *Ca.*

أَبَدَ ٱلْأَبِدِينَ / ٱلْأَبَدِيَّةِ / ٱلْأَبِيدِينَ *αἰὼν τῶν αἰώνων,* Seculum seculorum. *Gi. Ca.*

أَلْأَبَدُ *i.q.* أَبِيدٌ. *Itemque hujus Comparativus & Superlativus. Za.*

V. تَأَبَّدَ Efferatus fuit: pavidus indomitusve fugit. A consuetudine & societate alienus evasit. *Gi. Mar. De loco & mansione usurpatum valet idem quod* اقفر, Vacua incolis & deserta fuit, ac frequentata à feris. *Gi. Item i. q.* كلف, Lentigine *vel* maculis ex ardore Solis affectus fuit & laboravit.

Digitized by Google

boravit. *Ca. ut quod iis, qui præter consuetudinem desertis in lectis versantur & per ea fugiunt, præsertim sub fervidiore cœlo, facilè contingit.*

مَأْبِد Nomen loci. *Ca. Immo* Locus quivis & mansio, ubi quis subsistit. *Iac.*

أَبَرَ *Fut.* I. Pupugit *cauda scorpio. cca. Gi. Et Metaphoricè* confodit *dicteriis, maledictis. Et i. q.* اغتاب Absentem diffamavit. *Gi. Ca. Item* Acum in esca dedit. *cca. Gi. Et quia ita animal necatur*, Perdidit, exitio dedit. *Item (fut. etiam* O.*) i. q.* لقح Palmam fœcundavit maris insertione. *cca. Gi. Mar. quòd pungendo fit; vel Metaph. à punctorio animalium congressu; vel quòd eodem tempore spinæ & aculei lateribus ramorum adnascentes resecari solent: nisi quis malit esse pro Pihel* אבר *i.e.* Fœtam reddidit. Inseruit surculum. *Palmæ autem maris flores, qui per se infructiferi pro semine in se continent pulveris farinacei copiam, in fœmina spatham indi solent. Ita enim hac præstantiores fert & uberiores fructus: qui alias rari, tenues, minus sapidi, & fere exossei nascuntur. Quin sola juvat pulveris aspersio: uti & Theoph. docet de causis plant. lib. 3. cap. 23. Generalius exponit Camus per* أصلح Emendavit *vel* aptavit ad lætiorem proventum, *sive palmam immisso maris pulvere; sive sata stercorando, aliove modo. de aliis dictum, quam de palmis & satis, nusquam inveni. Hinc esse videtur* ابر *i. q.* صلح Bene habuit, probe dispositus, & idoneus fuit. *Ca. quæ quidem* curandi, aptandi *significatio etiam prior haberi potest;* fœcundandi *autem posterior: quasi* ابر *usurpetur pro* ابرا *vel* ابري.

أَبْرٌ *Act.* Punctio. Datio acus in esca. Applicatio maris palmæ ad fœmellam. *Gi.*

إِبَرٌ *Pl. à sequente Sing.* إِبْرَةٌ, Acus. Aculei. Prominentiores & acuminatæ rerum extremitates. *Gi.*

II. أَبَّرَ *i. q. Conj.* I. Modo suprà exposito curavit palmam vel sata, lætioris proventus ergò. *Gi.*

أُبَّرُ Nomen pagi. *Cam.*

اَلْأَبَارُ Tractus territorii Wasith. *Cam.*

أَبَارُ ٱلْعَرَبِ Nomen loci inter Achfar & Feid. *Ca.* qui mediâ ferè viâ inter Cufam & Meccam. *Ia. Sed fortè ad* بار *referendum, quasi* putei Arabum.

إِبَارٌ *Idem. Et i. q.* لَقَاحٌ Semen palmæ (nempe flores palmæ maris) quod inditur aut aspergitur palmæ fœminæ ad fœcunditatem. *Gi.*

آبَارٌ *Pl. à Sing.* إِبْرَةٌ. *Item Chald.* אבר Plumbum: *& multis Medicorum* Plumbũ ustum. *Zei. quòd hoc apud eos potioris est usus. At Ibn Sina quidem, cum per* رصاص اسود *exponit lib. 2.* plumbum *simpliciter intelligit, opponitque τῷ* رصاص ابيض Plumbo albo, *quod est* stannum: *namque* رصاص *sæpe usurpatur ut commune nomen utriusque.*

أَبَارٌ *Coll.* Pulices. *Cam. à pungendo. Item (& quidem rectius) sine Tesdid; & juxta quosdam cum Medda.*

إِبَارٌ, *& nonnullis (at minus bene)* آبَارٌ, Acuarius, qui conficit aut vendit acus. *Ca.*

مَكْسُورٌ Fractus. Parum carnis habens os. Ca. Insignita vocali Kesrâ consonans. Zjar.

أَلْإِكْسِيرُ i.q. أَلْكِيمِيَاءُ, vulgo hinc Elixir, essentia seu substantiæ vis arte elicita: pecul. Pulvis philosophicus; ut vulgo dicitur. Ca.

I. كَسَعَ, Fut. A, Manu vel anteriore pedis parte in natibus vel ponè percussit eum. ccap. Persecutus eum fuit & ponè percussit gladio. ccap & ب p. vide ultim. Hamz. item Propulit, compulit. Addidit ei qui insequeretur vel abduceret. ccap & ب r. 2, Aquâ frigidâ in uberibus perfudit camelam, ut repulso introrsum lacte superstes servaretur pinguedo. cca. Gi. vel ut augeretur lac. Ca. 3, Inflexit immisitq; caudam inter pedes camela vel dorcas. Ca. VIII. Idem. seu Insertam inter crura caudam ventri subdidit canis. cc ب. Gi. vel equus. Ca. & In dextrum sinistrumque femoris latus caudam jactavit admissarius camelus. Ca.

كَسْعٌ Act. τ̃ōs sign. 1 & 2. item Celeritas transitus. Gi.

كَسَعٌ Albedo emicans in ثُنَنٍ, i.e. pilis ad infimam ac posticam partem pedis equini pendulis. Gi.

كَاسِعٌ Caudam inter pedes inflectens camela, dorcas. Ca.

كُسْعَةٌ, Plur. كُسَعٌ, Macula candida in fronte animalis. & Congeries albicantium plumarum sub avis cauda. item Asinus. asini. Gi. etiam boves. Ca. quod baculo sive fuste compelli solent.

كُسْعُومٌ, cum م servili, idiomate Himjaritico, Asinus. Gi.

أَكْسَعُ

Digitized by Google

أَكْسَعُ Maculâ كَسَعٌ insignitus *equus. Gi. vel* sub cauda albicantes plumas habens *avis. Ca.*

مُكَسَّعٌ Cælebs *vir,* & à venere abstinens. *ut qui in lumbis genituram intus servat. vide Conj. 1. sign. 2. Gi.*

I. كَسَفَ, *Fut. I,* Scidit *pannum. c c a. &* In suffragine secuit *camelum. c c a.* 2, Obscuravit, eclipsi affecit, *Deus solem. c c a.* 3, Eclipsin passus obscuratusque fuit *Sol. etiam* defecit Luna: *at de ea elegantiùs* خسف *dicitur. Gi. item* Caligavit *oculus. Gen.* XXVII, 1. 4, Malè constitutus fuit, malè habuit, *status viri.* II. *Idem sign.* 1, *seu* Conscidit in plures partes. VII. *i.q. Conj. 1. sign. 2. Ca. at potius vulgi usu quàm doctorum. Gi.*

كَسْفٌ *Act. τῆς sign.* 1, 2, 4. *Gi. Mar.*

كِسْفٌ Pars, segmentum. *vel* Partes: *ut Pl. τῦ* كِسْفَةٌ *seq. Gi.*

كَاسِفٌ Qui in malo versatur *statu. c c g. &* Austerus *vultu. c c g. Gi. &* Infaustus ac infelix *dies. Ca.*

كُسُوفٌ *Act. τῆς sign.* 3. *& ipsa* Eclipsis Solis. *Gi. & Pl. τῦ prox. seq. Ca.*

كِسْفَةٌ, *Pl.* كِسَفٌ & كِسْفٌ, *item* كُسُوفٌ & اكساف *Aksâfon,* Pars & segmentum *rei cujusque. c c* من. *Gi. Ca.*

كَسِلَ, *Fut. A,* Torpuit. Segnis & ignavus fuit. *Gi.* 2, Rem habuit cum muliere non emittens *in coïtu* semen. *c c* في. IV. *Idem. Gi. & Transf. τῆς sign.* 1. Desidem reddidit. *c c a p. Gi. Ca.*

كِسْلٌ Nervus demissus de arcu, *propriè* quo gossipium dividitur. *Ca.*

كَسَلٌ *Act.* Torpor. Segnities. desidia. *Gi.*

كَسِلٌ, *Fœm.* ة: *item* كَسْلَانُ, *Fœm.* ى. *Pl.* كَسَالَى, *& cum* ـُ *&* ـِ, *item* كَسْلَى & كُسَالَى Segnis, deses, ignavus. *Gi. Ca.*

كَسُولٌ & مِكْسَالٌ *i.q.* كَسِلَةٌ. *Ca. & de puella* Molliter educata, quæ vix è consessu loco se movet. *quod in laude ponitur. Gi. Ca.*

مُكْسِلٌ *i.q.* كَسِلٌ. *item* Paucos majores dominio illustres habens *prosapia. Ca.*

مُكْسِلٌ E propinquo aquæ fluxum accipiens *alveus. Ca.*

كَسْمٌ Friare quid manibus, *propriè* quod siccum sit. *&* Manu sua mundare quid. *Mar.* Labor & studium quod quis impendit sustinendis domesticis suis. *Gi. &* Incendium *belli. Ca.*

كُسُومٌ Præterita *res.* أَكْسُومٌ, كَيْسُومٌ, يَكْسُومٌ, *Pl.* أَكَاسِمُ, Confertis herbis præditus *hortus. Ca.*

I. كَسَا, *Fut. I,* Induit *illum veste. c c a p & r.* ب *Gi.* 2, *mediâ Kesratâ,* Amictum habuit, vestitus fuit. *Ca.* II. *Idem sign.* 1. III. *i q.* فاخر, De gloria contendit. *c c a p. Gi.* V. *Pass. τῆς Conj. 1. sign.* 1. VIII. *Idem, seu* Vestivit se. *Gi.*

كَسَاءٌ Nobilitas, eminentia. gloria. *Ca.*

كِسَاءٌ, *Plur.* أَكْسِيَةٌ, Vestis, indumentum. *Ca.*

كَاسٍ *pro* مُكْسُوٌّ, *vel Ag. τῆς sign.* 1, Vestitus, *aut* vestem habens. *Gi. Ca.*

كِسْوَةٌ & كُسْوَةٌ, *Pl.* كُسًى, *i.q.* كِسَاءٌ, Amiculum. *Gi. Ca.*

أَكْسَى Magìs vestitus. Plus donans & plus vestimentorum largiens. *Ca.*

I. كَشَّ, *Fut. I,* Motu pellis suæ stridit *vipera. ut inter rependum fit. sic &* Stridit *silex igniarius: ut* ubi extunditur ignis. Mugivit *vacca. &* Mugire seu barrire primùm incœpit juvencus *camelus. estque infra τὸ* كش. *Gi.*

كَش *pro* كَ *affixum secundæ personæ fœm. idiomate Asediturum. ut* عليكش *Aleikisj, pro* عليكِ. *& subinde affix. masc. cum Phata* عليكش *Aleikesj. Ca.*

كُشّ Id quo fœcundatur palma, *scil.* maris flores aut pulvis. *Ca. de quo in* ابر *vide.*

كَشِيشٌ *Act. seu ipse* Sonus ille, stridor *vel* mugitus. *Mar. Gi. vide &* قشيش.

كُشَّةٌ Antiæ frontis, *vel* similis crinium complexus. *Ca.*

I. Q. كَشْكَشَ, *Act.* كَشْكَشَةٌ, *i.q.* كَشَّ *sign. 1. Ca.*

 I. كشا,

Digitized by Google

I. كَشَأَ, *Fut. A*, Comêdit *cucumeres. c c a.* & eodem modo. *sc.* distentis buccis ac labiis, voravit *cibum. c c a.* 2, Assavit usque siccitatem *carnes. c c a. Gi.* 3, *i.q.* قشر, *aut pro eo*, Decorticavit *rem.* nudavit exteriore ac inæquali pelle *corium. c c a.* 4, Secuit. Percussit *gladio. c c a p* & ب *instr.* 5, Subegit *mulierem. c c a.* 6, *mediâ Kesratâ*, Impletus fuit *cibo. c c* من. 7, Interiorem pelliculam trans externam habuit apparentem, seu transparens fuit *uter.* 8, Fissuras egit *manus. Ca.* IV. *Idem sign.* 2. *c c a.* V. Comêdit assam siccatamque *carnem. c c a.* & *Pass.* ✝ *Conj.* 1. *sign.* 3. *Gi. item* Impletus fuit. *Ca.*

كَشْأ *Act.* ✝ *sign.* 6, 7, 8. *Ca.* كَشِئ & *quoq;*

كَشِيْئ Repletus cibo. & *posterius* Tosta ad siccitatem *caro. Gi.*

كُشْأَة *i.q.* عَيْب, Vitium. *Ca.*

I. كَشَبَ, *Act.* كَشْب, Avidè voravit carnes. *Ca.*

كُشُوثَاء, كُشُوثَا, كَشُوث, Cuscuta herba. *Gi. Ca.*

I. كَشَحَ, *Fut. O*, Clandestino *in eum* odio affectus fuit. *c c* ل *p.* 2, In hypochondrio vel sub spuriis costis cauterio ussit *eum. c c a. Gi.* 3, Verrit *domum. c c a. Ca.* Avertit. *c c a p* & عن *r.* 4, Separavit, dispersit. *c c a. Gi. Ca. Mar.* 5, *Intrans.* Separatus vel dispersus fuit, & recessit: *uti ab aqua. c c* عن. & Caudam inter femora immisit *equus.* II. *Idem sign.* 2. & Decorticavit. *vide* كشا *sign.* 3. III. *i.q. Conj.* 1. *sign.* 1. V. *i.q.* جامع, Congressus fuit *cum muliere*, subegit *eam. c c a p. Ca.* VII. *i.q. Conj.* 1. *sign.* 5. *Gi.*

كَشْح *Act.* ✝ *sign.* 1, 2, 3, 4. *item, Pl.* كُشُوح, Latus, hypochondrium. *Meid.* Locus corporis inter hypochondrium & spurias costas. *Gi. hinc dicitur* طويت كشحي علي الامر Celavi & arcanum habui negotium. *Gi.*

كُشَاح Morbus qui loco كَشْح hominem corripit. *vel* Pleuritis spuria. *Ca.*

كَاشِح Qui clandestinum odium in pectore fovet, vel dissimulatus hostis. *Gi.*

كِشَاح Signum quod in كَشْح inuritur animali. *Gi.*

مِكْشَح Securis. & Acies ensis. *Ca.*

II. كَشَّحَ & Q. كَشْحَنَ Vocavit *eum* كَشْحَانا, *i.e.* currucam, dixitve *ei* ô curruca. *c c a p. Ca.*

كَشْحَان, *Pers. i.q.* دَيُّوث, Qui tolerat adulterium uxoris; leno ejus, curruca. *Ca.*

I. كَشَدَ, *Fut. I*, Incîdit secuitque dentibus suis. *c c a.* & Tribus digitis mulsit *camelam. c c a.* IV. Defæcavit *butyrum. c c a. Ca.*

كُشْد Grani esculenti species. Multus. Lucrum. & *Pl.* ✝ كاشد *seq. Ca.*

كَاشِد & كَشُود Qui domesticis sustinendis operam navat. & Qui de cognatis bene meretur, *aut* qui affinitatem cum iis contrahit. *Ca.*

I. كَشَرَ Strinxit *dentes suos*, atque ita subrisit. Denudavit *eminentiorem dentem suum. c c* عن. 2, *simpliciter* Risit. *Gi. Ca. mediâ Kesratâ*, Fugit. III. *Idem sign.* 1, Districtis dentibus *ad eum* subrisit. *c c a p. Gi. Ca.*

كَشْر *Act.* & Levior risus. *Gi.* & Certus quidam coëundi modus. *Ca.*

كَشَر Panis siccus: *i. e.* sine obsonio. & Racemus cujus acini edendo absumpti. *Gi. Ca.*

كَشْرَة Risus qui nudatis fit dentibus. *Ca.*

I. كَشَعَ, *Fut. A*, Discessit, recessit. *c c* عن. *Ca.*

كَشَع *i.q.* ضَجَر, Anxietas, difficultas. *Ca.*

I. كَشَطَ Dimovit suo loco amovitque & sustulit *operimentum à re quacunque*: *uti tegmen à dorso equi. c c a* & *c c* عن. Excoriavit *camelum. c c a. de eo non dicitur* سلخ. VII. Discessit desiitque *terror. Gi.*

كَشْط *Act. Gi.* كِشَاط Nudatio rei tectæ. & tegumentum: pellis. *Ca.*

كَشَطَة Mactati seu excoriati cameli participes seu domini. *Ca.*

I. كَشَفَ, *Fut. I*, Detexit, denudavit. Revelavit. manifestavit. *c c a.* 2, Admissarii initum fœta admisit *camela*, *aut* duobus consequentibus annis inita fuit. *Gi. Ca.* 3, *mediâ Kesratâ*, In fugam conjectus fuit. II. *Idem sign.* 1. *c c a.* III. Apertè *cum eo* egit. *c c a p.* & aperuit *rem. c c a. ita* & Palam

jam ostendit *ei inimicitiam*, *eáve* apertè prosecutus *eum* fuit. *cc a p & ب r.* IV. Habuit camelos camelasve, de quibus Conj. 1. sign. 2 dictum. V. *Pass. ؟ Conj. 1. sign. 1. &* Toto cœlo micuit *fulmen*. VI. Aperuerunt invicem, & patefecerunt inter sese, *sua vitia. cca.* VII. *Pass. τῆς Conj. 1. sign. 1. &* Apertè patuit. *Gi. Ca.* X. Voluit retegi. *item* Apertus & manifestus fuit. *Mar.*

كَشَفٌ *Act. ؟ sign. 1.* كَشَفٌ Inversio capillorum in fronte; & cùm illi velut in circulum contorti: *quod inprimis apparet post tonsuram. item* Contorsio caudæ equinæ vel ossis ejus. *Gi.*

كِشَافٌ *Act. ؟ sign. 2.* كَشُوفٌ Camela quæ fœta initur, *aut* duobus consequentibus annis. *Gi.*

كَشَفَةٌ Locus in fronte ubi كَشَفٌ apparet. *Gi.*

أَكْشَفُ, *Pl.* كُشْفَانٌ, كَشْفَاءُ In fronte habens. Carens clypeo in pugna. *Gi. etiam* galeâ. *Ca. &* Nudus capillis utrinque à media fronte. *Meid.*

كَشْكٌ Hordeum. *Mar. &* Aqua seu decoctum hordei. *Ca.*

كَشْمٌ Amputatio & extirpatio nasi. *Gi.* 2, *i.q.* فهد, Thos, lupus cervarius. *Ca.*

كَشَمٌ Imminutio defectusve in corpore seu naturali forma, *&* in computo. *Gi.*

كَاشِمٌ *i.q.* أَنْجُدَانٌ رُومِيٌّ, Ligusticum. *Ca. Beith. alii* Seseleos species. *Zein.* اكتشام *Ictisjâmon i.q.* كشم *Kesjmon praec. sign. 1. Ca.*

أَكْشَمُ Τῷ كَشَمٌ laborans. *& i.q.* كَشْمٌ *sign. 2. Ca.*

I. Q. كَشْمَرَ Confregit *nasum ejus. cca. & Intransf. i.q.* اجهش, Plorare cœpit. *Ca.*

كُشَامِرٌ Deformis *homo. Ca.*

كِشْمِشٌ Uvæ vinaceis carentes, uvæ Corinthiacæ. *Gi.*

كُشْنَى, *Pers.* كُشْنَه, Ervum, orobus. *Ca. alii* Pisa. *Log. Hal.*

I. كَشَا, *alt.* و, Momordit. *cca.* Ore apprehensum dimovit vel extraxit. *cca. Gi.*

كُشْيَةٌ, *Plur.* كُشًى, Adeps lacertæ Lybicæ; *sc.* qui in ventre apparet. *Gi.*

I. كَصَّ, *Fut. I.* Tenui voce fuit. *Ca.* Motus & agitatus fuit. Tremuit. Frequentata fuit *ab hominibus aqua. cc* ب. Se contorsit contraxitque præ labore. IV. Fugit. *&* In fugam conversus fuit. VI *&* VIII. Convenerunt homines & arctè confluxerunt. *Ca.*

كَصٌّ Conventus, congregatio. 2, Vox subtilis. *Ca.*

كَصِيصٌ *Act. sign. quivis. item* Vox tenuis & subtilis. Strepitus seu stridor locustarum. Tonitru. *Gi. Ca.*

كَصِيصَةٌ Cœtus hominum. *Ca.* Rete quô dorcades capiuntur. *Gi.*

I. كَصَا Eviluit, despectusque evasit postquam in honore vel pretio fuisset. *Ca.*

I. Q. كَصْكَصَ, *Act.* كَصْكَصَةٌ, Celeriter incessit. *Ca.*

كَضِلَ *i.q.* نَقِعَ. *Ca.*

I. كَظَّ Gravavit *eum cibus* nimiâ copiâ. Anxit & male habuit *res. cc a p.* III. Magno cum labore se immiscuit *prælio. &* eoque modo incubuit & immoratus fuit *rei. cca.* VI. Gravi inimicitiâ persecuti fuêre invicem. *Gi.* VIII. *Pass. ؟ Conj. 1. sc.* Distentus *cibo* gravatusque fuit ut respirare non potuerit. *Ca. ita &* Arctatus supra modum & impletus *aquâ* fuit *alvens*, ut transmittere eam vix potuerit. *cc* ب. *Gi. Ca.*

كِظٌّ *Act. Gi. item* Pressus negotiis quibus quis impar sit. *item* Difficilis & tenax *homo. Gi.*

كِظَاظٌ *&* كِظَاظَةٌ *Act. ؟ sign. 1. Ca.*

كِظَاظٌ *Act. ؟ Conj.* III. *&* Difficultas negotii molestiaque & labor. *Ca.*

كَظِيظٌ, مُكْتَظٌّ, مَكْظُوظٌ, Gravatus & labore pressus. *Ca.*

كِظَّةٌ *i.q.* بِطْنَةٌ, Gravatio ex nimia ingurgitatione accidens. *Gi. &* quæ vix ducere spiritum sinat. *Ca.*

I. Q. كَظْكَظَ, *Act.* كَظْكَظَةٌ, Æqualiter extensus fuit *uter* infusâ aquâ; *&* ita ingesto cibo *venter.* II. Confidens erexit se inter

Digitized by Google

inter comedendum, & quidem præ nimia ventris repletione. *Ca.*

I. كَظَبَ , *Act.* كُظُوبٌ , Pinguedinis plenus fuit. *Ca.*

I. كَظَرَ Crenâ donavit *arcum* extremitati eam insculpens. *cca. Ca.*

كُظْرٌ Nervus contusus, qui circa crenam sagittæ obvolvitur majoris firmitatis ergo. *Ca.*

كُظْرٌ Extrema pars vulvæ. Adeps renum. *Ca. & i.q. prox. seq. item* Quod inter duas est pectoris claviculas. *Gi.*

كُظْرَةٌ Crena in arcus extremitate, cui immittitur nervus. *Gi.*

I. كَظَمَ , *Fut. I,* Se continuit abstinuitque à ruminando *camelus.* 2, *Transf.* Cohibuit compressitque *iram suam. cca. Gi.* Occlusit *portam*: obstruxit *alveum, lacum aquatorium. cca.* 3, *Passivi formâ,* Siluit, conticuit. *Ca.*

كَظْمٌ *Act.* ✝ *sign.* 2. *item, Pl.* أَكْظَامٌ , Os, oris, aut locus è quo spiritus exit. *Gi.*

كَظَمٌ *Idem sign. ult. Ca.* كُظَّمٌ Silentes *homines. Gi.*

كَاظِمٌ *Ag. pec.* ✝ *sign.* 1. *de camelo. Ca.* كِظَامٌ Obstructio. *Ca. &* Firmitas soliditasque *negotii. Gi.*

كُظُومٌ *Act.* ✝ *sign.* 1 & 3. *item Pl.* ʒ كَاظِمٌ . *Gi.*

كَظِيمٌ Qui retinuit iram. *Gi. item* Mœstus, mœrore pressus. *Ca. & i.q.* غلق الباب *Gálako,* Id quo occluditur porta. *Gi.*

كِظَامَةٌ Nervus contusus quo firmantur superiores sagittarum partes. *Gi. &* Locus ubi sagittæ ala apponi solet. *Ca. item* Lorum quo circundatur superius cornu arcus. & Funis quo constringitur nasus cameli. *Ca.* Annulus in extremitate libræ in quo colligari funes. *item* Puteus ad latus putei alterius situs: *pecul.* inter quos sub terra communis est aquæ fluxus. *Gi.*

مَكْظُومٌ Compressus refrænatusve *ira impetus. & i.q.* مكروب , Mœrore & solicitudine affectus. *Gi.*

I. كَظَا Invaluit & durior evasit *caro. &* بظا , خظا , كظا , *vel synonymicè sigillatim, vel simul junctim,* Compactâ fuit carne. *Ca.* V. Intumuit *præ pinguedine caro. cca. Ca.*

I. كَعَّ , *Fut. A, rarius O, sed potissimum I. Act.* كعوع ; *& mediâ quoque Kesratâ,* Pavidus fuit, pusillanimus debilisque. 2, *Transf. mediâ Phatatâ, & Act. potius* كع *Káon,* Terruit. Compescuit, cohibuit, retinuit. *ccap &* عن *r.* IV. *Idem. ccap &* عن *r. Gi. Ca.*

كَعٌّ & كَاعٌّ , Timidus, pusillanimus. & Teneri tenuisque *vultus homo. ccg. Ca.*

I. Q. كَعْكَعَ *i.q.* كَعَّ *sig.* 1. *seu pro* كَأْكَأَ . II. *i.q. Pass.* ʒ كع *sign.* 2. Cohibitus fuit. *Gi.*

كَعْكَعٌ *i.q.* كَعٌّ *seu* كَاعٌّ *prec. Gi.*

I. كَعَبَ , *Fut. O & I, Act.* كُعُوبٌ , كَعَابَةٌ , كُعُوبَةٌ , Sororiantes mammas habuit *puella. Gi. Ca.* 2, *Transf.* Implevit *vas. cca.* ita ut supernè tumuerint, *uti puto,* res immissæ. *Ca.* II. *Idem sign.* 1. *Gi. & Transf.* Quadratâ *seu potius* cubicâ formâ fecit *quid,* cubicum fecit. *cca. Ca.* IV. *i.q.* اسرع . *Ca.*

كَعْبٌ , *Plur.* كِعَابٌ , كُعُوبٌ , أَكْعُبٌ , Talus, os ad cruris & pedis juncturam protuberans. & Articulus *illi similis. Gi. Ca. perperam vulgo* Pectus superiorve pars pedis. *Gi. item, Pl. primo præsertim,* Astragalus talusve quo luditur. *Ca. &, Pl. secundo,* Cubus. *Geom. etiam* Prominentior pars in nodis hastæ arundineæ. *Gi. Meid. &* Pars butyri tumidiore formâ. *Gi. item* Pars lactis quanta semel effunditur. & Nobilitas. gloria. *Ca.* كعب الغزال *'lgazâli* Operis dulciarii species. *Meid.*

كَعْبٌ Mamma. *Ca.* كَاعِبٌ , *Pl.* كَوَاعِبُ , Sororiantibus mammis *puella. Gi.*

كِعَابٌ (كُعَّابٌ *Meid.*) *i.q.* كَاعِبٌ . *Gi.*

كَعْبَةٌ Talus quo luditur. *item* Coma ex quatuor partibus plexa; *quasi quadratâ formâ.* & Genus pectinis. *Ca. &* الكعبة Delubrum Meccanum: *à quadrata forma dictum. Gi. imò* كعبة Domus quævis quadrata. *item* Cœnaculum. *Ca.*

كُعْبَةٌ *i.q.* عُذْرَةٌ , Virginitas *puellæ. Ca.*

مُتَكَعِّبٌ & مُكَعِّبٌ Turgescens & sororians *mamma. Ca.*

مُكَعَّبٌ Quadratus, cubicus factus. & ejusmodi formâ tinctus *pannus. item* Firmiter duriterque plicatus *pannus. Gi.*

متكعب

Digitized by Google

مُكَعِّبٌ *Ag.* ✝ *Conj.* II. Turgescentibus mammis prædita *puella*. *Gi. Ca.*

I. Q. كَعْبَرَ Amputavit *ense*. *c c a* & ب *instr.* *Gi.*

كُعْبُرَةٌ Mobilis & irrequieta *mulier*. *Ca.*

كُعْبُرَةٌ , كُعْبُرَّةٌ , & *cum* ة , *Pl.* كَعَابِرُ , Nodus in culmo frumenti. & Quod abjicitur dum mundatur frumentum. *Gi. Ca. item duo priora* Quicquid in se collectum est compactumve. Caput ossis. *pec.* Nodosa seu protuberans cubiti extremitas sub pollice. Principium caputve coxæ amplum. *item* Radix capitis. & *in genere* Os magnum & nodosum. Portio carnis. & Stercus siccatum in cauda cameli. *Ca.*

كُعْبُورَةٌ *i. q.* كُعْبُرَةٌ , *sc.* Res in se collecta. *Ca.*

I. Q. كَعْبَشَ , كَعْبَشَةٌ *Act.* , *i. q.* كَرْبَشَ , *aut pro eo*, Prehensam ligavit *rem*. Incessit vinctus aut vincti more. & *ita* Junxit pedes ad saltandum aut quid simile. II. *i. q.* تَشَنَّجَ , Corrugatus fuit. *Ca.*

IV. أَكْعَتَ Valde celeriter abiit. & *contrà*, Consedit. Abiit tumidus irâ. *Gi.*

كُعْتٌ , *Fœm.* ة , Brevis corpore *vir*. *Gi.*

كُعَيْتٌ , *Pl.* كِعْتَانٌ , *i. q.* بُلْبُلٌ , Philomela, luscinia. *Gi. Ca.*

كُعْتَةٌ Operculum vitreæ ampullæ. *Ca.*

I. Q. كَعْتَرَ Vacillavit *in incessu* ebrii instar. *c c* في. Celeriter cucurrit præteriitve. *Ca.*

كُعْتُرَةٌ Avis passeri similis. *Ca.*

II. Q. تَكَعْثَبَ Collectus in se & rotundus fuit *saccus*. *Ca.*

كَعْثَبٌ Magna & ampla *pubes*. *Gi.* Rima mulieris. *Meid. item* Magnâ pube prædita mulier. *Ca.*

كَعْدٌ Saccus. كَعْدَةٌ *i. q.* كَعَدَةٌ , *aut pro eo*. *Ca.*

كَعْدَبٌ , & *cum* ة , Pusillanimus & ignavus. *Ca.*

كَعْدَبَةٌ Bulla & ampulla aquæ. *Ca.*

I. كَعِرَ Distentiore ventre & obesus evasit *puer*. Adipem in tubere congessit seu acquirere cœpit *cameli pullus*. *Ca.* II & IV. *Idem*. *Gi. Ca.*

كِنْعَرٌ Camela magna. *Gi.* I. Q. كَوْعَرَ Adiposus fuit *cameli gibbus*. *Ca.*

كَنْبَعَرٌ Pinguis *catulus leonis*. كُعْرَةٌ Tumor glandulosus. *Ca.*

كَعِيرَةٌ Naso, magnum nasum habens. *Ca.*

مُكْعِرٌ Adipem congerens *camelus*. *Gi. item* Incitatus seu properans. *Ca.*

I. كَعَزَ , *Fut. A*, In unum collegit *quid* digitis suis. *c c a*. *Ca.*

كَعْسٌ , *Pl.* كِعَاسٌ , Ossicula digitorum articulorumve in manu & pede hominum, ovium, boum. *Ca.*

I. Q. كَعْسَبَ Cucurrit. Fugit. *vel* Incessit citò. & *contrà*, Transivit lentè. & Incessit ebrii more. *Ca.*

I. Q. كَعْسَمَ Fugiens terga vertit. *Ca.*

كَعْسَمٌ , *Pl.* كَعَاسِمُ , Onager, asinus sylvester. *Ca.*

كُعْسُومٌ , *Pl.* كَعَاسِيمُ , Asinus domesticus. *Quidam* ر *servile faciunt*. *Ca.*

I. كَعَصَ , *Fut. A. pro* كَأَصَ , Edit, comêdit. *Ca.*

كُعَيْصٌ Pipitus *gliris aut pulli gallinacei*. *Ca.*

I. Q. كَعْطَلَ Cucurrit transivitve celeriter; *vel contrà* lentè. Exporrexit extenditve *manum*. *c c* ب. *Ca.*

كَعْطَلٌ & مُكَعْطِلٌ Exporrecto corpore, vel ungues expandens, *leo*. *Ca.*

كَعِيطٌ & مُكَعَّطٌ Vir curtus, pumilio. *Ca.*

كَعْظَلٌ *i. q.* كَعْطَلٌ , *aut pro eo*. *Ca.*

كَعْكٌ , *Pers.* كَاكْ , Panis biscoctus. *Gi.*

I. كَعَمَ , *Fut. A*, Capistravit *camelum*, ne mordere *aut* edere posset. *c c a*. *Gi. Ca. item* Obturavit *vas* in capite suo. *c c a*. *Gi. Mar.* 2, Osculatus fuit, osculumve impegit. *c cap.* *Ca.* III. *Idem*. *c cap.* *Gi.*

كَعْمٌ *Act.* ᵗᵒ *sign.* 1 & 2. *Mar. Ca.*

كِعَمٌ Theca in qua arma conduntur. *Ca.*

كِعَامٌ Capistrum oris camelini. *Gi.* & *Plur.* ᵗᵒ *sing. prox. prec. Ca.*

كُعُومٌ *Act.* ᵗᵒ *sign.* 2. & Ora ac patentes extremitates viæ. *Ca.*

كَعِيمٌ & مَكْعُومٌ Capistratus *camelus. Gi.*

مُكَاعَمَةٌ *Act.* ᵗᵒ *Conj.* III. *Gi.* & Concubitus in una veste. *Ca.*

إِكْعَا Remissio alacritatis, languor. *Gi.*

كَعْنَبٌ Brevis. Leo. & Qui nodos in capite habet. *Ca. vide prox. seq.*

كَعَانِبُ Nodi vel nodosi tumores *capitis. Ca.*

كُعَانِبٌ Leo. مُكَعْنَبٌ Torto in orbem *cornu* præditus *caper. c c g. Ca.*

II. Q. تَكَعْنَشَ Immersit se *in rem.* & Implicita reti hæsit *avis. c c* فِي. *Ca.*

I. كَعَا *i.q.* جَبُنَ, Pavidus & ignavus fuit. *Ca.*

كَاعٍ *i.q.* مُنْهَزِمٌ Capiens fugam. *Gi.*

كَاغِدٌ & كَاغَد, *Pers.* Charta. *Ca.*

كَاغِدِيٌّ Qui chartam venundat. *Meid.*

I. كَفَّ, *Fut. O, i.q.* شَرَّجَ, Clausit adstrictis vinculis *peram, &c. c c a.* 2, Duplicatâ orâ & secundò (*scil. post* شل *vel* مل,) consuit *pannum c c a. Belg.* Soomen. *Gi.* & Panniculis obvolvit *pedem. c c a. Ca.* 3, Implevit *vas* supra modum. *c c a.* 4, Repulit, avertit, prohibuit. *c c a p* & عن. 5, *Intransf.* Abstinuit, semet continuit. *c c.* عن. 6, Curtos detritosque ætate dentes habuit *camela.* 7, & *quoque formâ Passivi,* Extinctus & occæcatus fuit *visu.* V. Exporrectâ manu rogavit; & *simpliciter,* & *c c a p. Gi. Ca.* VII. Recessit vel discessit *à loco. c c* عن. *Ca.* X. *i.q. Conj.* V. & Manum extendit *eleemosynæ causâ. c c* ب. *item* Manum exporrectam imposuit supercilii loco, ut minùs præstrictis à splendore oculis clarè & distinctè videret *rem. c c a. Gi. Ca. item* Convenêrunt *circum aliquid, pec.* spectandi ergo. *c c* حول. & Congesta fuit *coma. Ca.*

كَفٌّ *Act.* ᵗᵒ *sign.* 1, 2, 3, 4, 5. *Ca. Mar. item*

كَفٌّ, *Pl.* أَكُفٌّ (*etiam* كُفُوفٌ & كُفٌّ, *Ca.*) *Heb.* כף, Manus usque carpum: *pec.* interior pars, vola. & Manipulus, quantum manu comprehendi potest. *Gi. item* Pes quadrupedis digitos habentis. Portulaca. Commoditas & abundantia bonorum. & Cum in carmine septima consona excidit quiescens: *uti* ن ex فاعلاتن & مفاعيلن. *Ca.* كف مريم Manus Mariæ, *i.e.* Rosa Hierichontina *vulgò dicta. Beith.*

كَافٌّ *Ag. ut* ᵗᵒ *sign.* 6, Curtos præ ætate dentes habens *camelus, etiam camela. Gi.*

كَفَافٌ Par, compar, similis *alteri. c c g. Ca.* & Pars victus aut sustentaculi sufficiens. *ut per quam à rogandis hominibus abstineri potest. unde* خبز الكفاف Ἄρτος ἐπιούσιος. *Matth.* VI, 11. دعني كفاف *Dani Kefafi,* Missum me fac & remissum faciam. *Ca.*

كِفَافٌ Pars melior *rei. Gi.* & Capreolus auris: *scil.* exterior ambitus ejus. *Meid. item Pl.* ᵗᵒ كفة *Kiffaton.* كفاف الوشم *i.e.* دارات. *Gi.*

كَفُوفٌ *i.q.* كَافٌّ *prec. Ca.* كُفُوفٌ *Act.* ᵗᵒ *sign.* 6. & *Pl.* ᵗᵒ كف. *Gi. Ca.*

كَفَّةً كَفَّةً, كَفَّةً لِكَفَّةٍ, كَفَّةً عَنْ كَفَّةٍ,

Apertè & coram *cum eo egi: quasi utrinque porrectâ manu. Gi. Ca.*

كَفَّةٌ *i.q.* كِفَّةٌ, Lanx *libræ. Ca.*

كِفَّةٌ, *Plur.* كِفَفٌ & كِفَافٌ, Lanx *libræ: Gi.* Ligneus limbus discusve *tympani Arabici.* Scrobs in qua colligitur aqua. *Ca.* Rete *venatoris.* Depressior pars *gingivæ. Gi.* Acies acutiorve pars *ensis. Ca.*

كُفَّةٌ, *Plur.* كُفَفٌ, Ora seu limbus *tunicæ, indusii.* Ambitus & margo atq; extremitas *panni, & arenarum. ac* Oblongum omne. *Gi. Ca.* Turba *hominum. c c* من. *Ca.*

كَافَّةٌ, *Fœm.* ᵗᵒ كَافٌّ. *Mar. item; Poët. licentiâ* كَافَةٌ, *i.q.* جَمِيعٌ, Universitas, omnis. *c c g. in Accus. seu Adverbialiter, non benè cum Articulo,* Prorsus omnes *venerunt. Gi. Ca.*

مَكْفُوفٌ *i.q.* مُشَرَّجٌ. *Hinc* بينهم عيبة مكفوفة Inter eos tectum quid & dissimulatum est. *Ca. vide Conj.* I. *sign.* I. *item, Plur.* مكافيف, *i.q.* ضرير, Cæcus. *Gi.* & Fluvii latus seu ripa. *Ca.*

مُسْتَكِفَّاتٌ Fontes. *à* كِفَفٌ; *quia in scrobibus existunt.* & Cameli congregati. *Ca.*

Digitized by Google

I. Q. كَفْكَفَ *i.q.* كَفَّ *signif.* 4. *ccap & عن r. Gi.* II. *i.q. Conj.* VII. & كف *Rad. prox. prae. cc عن. Ca.*

I. كَفَأَ, *Act.* كَفْأً, Retrò vertit *rem. Mar.* Avertit, divertit de una re ad aliam. *ccap.* 2, Pronum invertit *vas. cca.* III. Similis & par fuit. ex æquo *vel* ex adverso respondit. *aut Transf.* Opposuit ex adverso, & contulit. *cca. item* Pensavit, compensavit. *ccap & على r.* IV. *i.q. Conj.* 1. *sign.* 2, Invertit *vas. & quasi contrà*, Implevit. *cca.* & Inclinavit *arcum* capite suo, ita ut inter jaculandum erectus non existeret. *cca.* Laciniæ additamento instruxit *tentorium. cca. vide* كفاء *Kifâon. item* Dedit annuum *camelarum* proventum, *i. e.* lac earum, lanam & fœtus. *ccga. & dicitur* اكفأ ابله كفأتين *Iblaho Kofateini* Bifariam divisit camelas suas, ut pars una anno uno, altera altero facerent fœturam: *ita ut camela quavis per unum à fœtura quiesceret annum. item* Diversimodè ultimas vocales *aut* consonantes versuum adhibuit *poëta. vide* اقفاء *pòst &* اقوى. V. In latera movit *seu* jactavit corpus *in incessu mulier. & c* في. *qui superbis mos est.* VI. Æquales inter se fuêre & ex æquo responderunt. VII. *Passiv.* ☧ *Conj.* 1. *sign.* 1. *aut* Regressus fuit. VIII. *i.q. Conj.* 1. *sign.* 2, Invertit *vas. cca.* X. Rogavit *eum*, petiit *ab eo camelas* proventus ergo; *scil.* ipsum proventum de quo in Conj. IV dictum. *ccag. Ca.*

كِفَاءٌ *Act.* ☧ *Conj.* III. *item* Pars extrema una *aut* gemina quæ tentorio pro lacinia annectitur. *Gi. & i.q.* كفاءة *Kefâaton pòst.*

كُفُوٌ (*etiam* كُفْوٌ, *Meid.*) كَفِيٌّ, كَفِيءٌ, *i.q.* نَظِيرٌ, Similis, compar, ex æquo respondens. *Gi. Meid. vide* كفيح.

كَفْأَةٌ & كُفْأَةٌ Proventus camelinus unius anni, *sc.* lac, lana & pulli. *Gi.*

كَفَاءَةٌ Similitudo. *vide* كُفُوٌ, *& Conj.* III. *Gi.*

إِكْفَاءٌ *Act.* ☧ *Conj.* IV. *& pec.* Vocalium *aut* consonantium in fine versus mutatio seu inæqualitas. *de qua Conj.* IV *vide. Gi.*

مَكْفُوءٌ Inversum *vas.* مُكَافِئٌ, *vulgo* مُكَافِي, *Fœm.* ة, Æqualis & similis atque alteri ex æquo respondens. *Gi.*

I. كَفَتَ, *Fut.* I, Aggregavit *ad se* recepitq; *rem. ccar & c* الى *p.* 2, *quasi contrà*, *vel pro* كفأ, Avertit divertitque *ab instituto suo. ccap & عن r.* 3, Propulit & adegit vehementiùs. *cca.* 4, *Intransf.* Celeriter incessit, & se in unum contraxit. *Gi. Ca.* II. *Idem sign.* 1. *aut cum intensione. cca. Gi.* III. *i.q.* عابق. *ccap. Ca.* VII. *Pass.* τῆς *Conj.* 1. *sig.* 2. & Semet contraxit. *Gi.* Totas capere voluit aut corradere *opes. cca. Ca.*

كَفْتٌ *Act. sign. quàvis. Gi. item* Mors. & Pronum ac supinum verti. & Sine obsonio *panis. Ca. item, uti*

كِفْتٌ, Olla parva. *Gi.* كِفَاتٌ & كَفَاتٌ *Act.* ☧ *sign.* 4. & مات كفاتا Derepente mortuus fuit. *Ca. item Kifâton* Locus quo quid continetur & congregatum extat. *Gi.*

مُكَفِّتٌ Qui duas induit loricas cum intermedia veste. *Ca.*

I. كَفَحَ, *Fut.* A, Retexit. *cca. Ca.* Adverso vultu respexit: ita allocutus fuit. & nudo ore osculatus fuit. 2, Conserens manus & aperto marte aggressus fuit. *cca. Gi.* 3, Percussit *fuste. cca &* ب *instr.* 4, Attraxit *frænum equi. cca.* 5, Repulit *eum à se. ccap &* عن. 6, *mediâ Kesratâ* Pudore *aut* pavore correptus fuit. *Ca.* III. *Idem sign.* 1. & Per se obivit *negotia. cca. vide* باشر. *Gi.* IV. *i.q. Conj.* 1. *sign.* 4. *Ca.* Frænavit *equum*, allisum ori inseruit frænum. *cca. Gi.*

كَفْحٌ *Act.* τῆς *signif.* 1 & 2. كِفَاحٌ *Act.* τῆς *Conj.* III. *Gi. Mar.*

كَفِيحٌ *i.q.* كُفُوٌ, *aut pro eo. Gi. pec.* Maritus. Qui alteri concumbit. Hospes; *inprimis* de improviso superveniens. *Ca.*

أَكْفَحُ *i. q.* أَسْوَدُ, Niger. *Ca.*

I. كَفَخَ, *Fut. A*, Impegit *capiti* fustem *vel* alapam. *cc* على. *Ca.* Percussit *fuste. ccap & ب r. Cod. Cl. Seld. vide* قفخ. *Ca.*

كَفْخَةٌ Spuma congesta & alba. مِكْفَخٌ Robustus *vir.* Firma & valida *columna*. *Ca.*

I. كَفَرَ, *Fut. O*, Non credidit *in Deum*, abnegavit *eum. cc* ب. Impius fuit. 2, Ingratus *in eum* fuit benefactorem non agnoscens. *ccap.* 3, *Fut. I*, Texit, operuit: *etiam res una aliam. cca. Gi.* II. *Idem sig.* 3. *cca. Ca.* Infidelem & incredulum vocavit *vel* esse dixit: impietatis accusavit. *ccap. item Hebr.* כִּפֵּר, Expiavit *crimen*: expiationem *pro eo* fecit. *cc* عن *r. &* à crimine liber fuit. & Humiliavit se *alteri*, manum pectori imponens & caput demittens. è longin-

Digitized by Google

longinquo exhibuit honorem & officium servi. *Gi. Mar.* IV. Vocavit كافرا infidelem,&c. *ccap. Gi. item* Affixus fuit terræ. VIII. *Idem. Ca.*

كَفْرٌ *Act.* ✝ *sign.*1 & 3. *Gi. Ca. item, Hebr.* כפר, Pagus, vicus. *unde* كفرا كفرا Vicatim, de pago in pagum. 3, Sepulchrum. 4, Obscuritas & caligo noctis. *Gi.* 5, Terra ab habitatione remotior. *Mar. vide* قفر.

كُفْرٌ *Act.* ✝ *sign.*1 & 2. *&, contr.* τῷ إِيمَانٌ *ipsa* Incredulitas, abnegatio fidei. impietas. 2, *contr.* τῷ شكر *Sjucron,* Ingratitudo. *Gi.* 3, *Heb.* כפר, Pix quâ picantur naves. *Ca.*

كِفْرٌ Caligo noctis. كِفْرٌ Magnus mons. *Gi.*

كَافِرٌ *Act. &, ut Subst.* Incredulus, infidelis. impius. *&, Pl. san.* Ingratus, accepta beneficia tegens quasi *i.e.* non agnoscens. *&* Qui loricam suam tegit superindutâ veste. Tenebrosa *nox. quòd caligine sua cuncta involvit tegitque. &* Mare. Magnus fluvius. *Gi. &* Magnus alveus. *Ca. &* Sator seu agricola. *quòd operit injecta terra semina. Gi.*

كَفَّارٌ Ingratus. كُفَّارٌ & كِفَارٌ *Plur.* ة كافر, Infideles, increduli. Ingrati. *Gi. Ca. & posterius quoque* Satores, agricolæ. *Mar.*

كَفُورٌ, *Pl.* كُفُرٌ, *i.q.* كَافِرٌ, Incredulus. Ingratus. *Ca.*

كُفُورٌ *Act.* ✝ *sign.*1 & 2. *Gi. Ca. item Plur.* τοῦ كفر *Kefron sign.*2 & 3. *Gi. item Pl.* ة كفر *Kúfron. Ca. etiam Pl.* ة كافور & كفري *seq. Meid.*

كَافُورٌ (*Pl.* كَوَافِيرُ & كَوَافِرُ *Ca.*) Flores palmæ *aut* involucrum eorum. *Gi. etiam* florum vitis. *Mar. item* Camphora; *species aromatis Indici, quod redditur cādidissimum. Gi. item* No: fontis in Paradiso. *Mar.*

كَفْرَةٌ Tenebræ. كُفْرَةٌ, Ingratitudo. *Ca.*

كَفَرَةٌ *Pl.* ة كَافِرٌ Infideles. increduli. Ingrati. *Gi. Ca.*

كُفُرَّى *i. q.* كَافُورٌ, Spatha palmæ. *Gi.*

كَفْرَانٌ *Act.* ✝ *sign.*2. كَافِرَةٌ, *Plur.* كَوَافِرُ, Incredula. Infidelis. impia. *Gi.*

كَفَّارَةٌ Piaculum, id quo expiatur pensaturque crimen. *Gi.*

مُكَفَّرٌ Qui gratos non experitur quibus benefecit. *Ca.*

إِكْفَارٌ *Act.* τῆς *Conj.* IV. *Gi.* تَكْفِيرٌ *Act.* τῆς *Conj.* II. *Ca.*

مُتَكَفِّرٌ Armis opertus, panopliam indutus. *Ca.*

مُكْفَوِّرٌ Tectus opertusque *cinis*, cui pulverem induxit ventus. *Gi.*

VII. إِنْكَفَسَ *i.q.* تَلَوَّى, Contortus fuit. *Ca.*

كَفَسٌ *i.q.* جَنَفٌ. *Ca.* كِفَاسٌ Fasciæ & involucra infantis. *Ca.*

أَكْفَسُ, *Fæm.* كَفْسَاءُ, Is in quo كَفَسٌ est. *Ca.*

I. كَفَلَ, *Fut. O,* Sustinuit curavitque & educavit. *ccap.* 2, *Futur. O & I, (& mediâ etiam I & O. Ca. Gi.)* Præs sponsorve fuit talemque se constituit *pro alio. cc* ب. Præstitit se fidejussorem *pro eo pecuniâ suâ apud creditorem. cc* عن *& c* ب *& c* ل. *Gi. Ca.* 3, Continuus fuit *in jejunio. cc.* في. *Zam. Gi.* II. *Idem sign.*1. *ccap.* 2, *Transf. ejus. ccga. Zam.* 3, Credidit *ei rem*, *& administrandum commisit agrum. ccag. Gi.* III. Contractum inivit cum aliquo. Disputavit & adversatus fuit. *ccap. Ca.* IV. *i.q. Conj.* II. *sign.*1. *cca. Zam. & sign.*2 & 3. *ccga. Gi.* V. *i.q. Conj.*I. *sign.*2. *cc* ب *p. & i.q. Conj.* VIII *sign.*1. *cca. Zam.* VIII. Imposuit *equo rem aliquam* in clunibus. *ccap &* ب *r. Gi. Ca.* Instravit ponè *jumentum aliquâ re. cca &* ب. *vide* كفل *Kiflon sig.*4. *item* Ponè se posuit *rem. cc* ب. 3, *absolutè,* Posteriore *commeatus* parte vixit post priorem jam absumptam. *cc* ب. *Zam.*

كَفْلٌ *Act.* τῆς *sign.* 1 & 2. *Gi. Ca.*

كِفْلٌ *i.q.* ضِعْفٌ, Similis, par, tantundem. *aliis* Portio. *Gi.* 2, Progenies, fœtura. 3, Pili camelini aliis similibus subnascentes. *Ca.* 4, Tegumentum tuberis camelini quod insessori supponitur. *Gi. pec.* quod circumvolvitur tuberi, *vel* ex longiore panno qui extremas partes habet in nodum astrictas, ut, anteriore parte in extremos humeros, alterâ post tuber injectâ, inter anteriorem partem & tuber consideat vector. *Zam. item* Panniculus sub jugo tauri. *Ca.* 5, كفل الفروسة *Kiflo'lforúsati* Qui continuò jejunat. *Gi. &* Qui in posticam se recipit aciei partem, ut elabi & fugere possit. *Ca.* 6, Qui firmiter equo insidere nescit. *Gi.* 7, *i.q.* مركب, Id quo quis vehitur. *Desf.*

كَفَلٌ Postica pars corporis. *pecul.* clunes equi, &c. *Ca.*

كافل,

Googl

كَافِلٌ, *Pl.* كُفَّلٌ, Qui continuo jejunat. *Gi.* & Qui silentium sibi imponit jejunans. *item* Qui alium sustentat curatque. *Ca.* & Administrator. *Zam.*

كُفُولٌ *Act.* τῆς *sign.* 2 & 3. *Ca. Zam.*

كَفِيلٌ, *Pl.* كُفَلٌ & كُفَلَاءُ, Sponsor, præs. qui per se *vel* suis opibus pro alio spondet, eumve curat. *Gi. Ca.*

أَكْفَالٌ *Pl.* τῆς كِفْلٌ *sign.* 4. *Zam.* & *sign.* 5. *Gi.* & *Plur.* τοῦ كِفْل *Kéfelon præc. Gi. Ca.*

كَفَالَةٌ, *aliis per* كَ, *Act.* τῆς *sign.* 2. *Gi. Ca.*

كُفُولَةٌ Non posse firmiter insidere equi dorso. *Zam.*

كَنْفَلِيلَةٌ Magna ac prolixa barba. *Gi.*

مُتَكَفِّلٌ خِمَارًا Tritam indutus vestem, *vel* in dorso habens operimentum. *Zam.*

I. كَفَنَ Nevit, in fila duxit, *lanam. c c a.* *Gi.* 2, Supposuit *cineribus panem. c c* فِي. *Gi.* Ferali amiculo involvit *mortuum. c c a.* *Ca.* II. *Idem. c c a. Gi.* VIII. Coivit *cum muliere. c c a p. Gi.*

كَفْنٌ *Act. Gi. Ca. item* Sale carens *cibus. Ca.*

كَفَنٌ Involucrum lineum cadaverale. *Gi.*

كَفْنَةٌ Nom. arboris. *Ca.* كُفُنَّةٌ *Idem. Gi.* & Terra producens quamvis plantam. *Ca.*

مُكْفِنٌ Sale, lacte & obsonio carens. *Ca.*

مُتَكَفَّنٌ Locus ubi quis assidet mulieri in coitu. *Ca.*

كَافِعٌ Dux exercitus. *Ca.*

I. كَفَى, *Fut. I.* Satis fuit, sufficit *ei penus.* *c c a p.* كَفَى بِاللهِ هَادِيًا *pro* كَفَى اللهُ هَادِيًا Sufficit ductor Deus. & Fecit ut sufficeret. Fuit *ei pro alio, ejusque* explevit vicem. *c c a p* & عن. 2, *ita* & Similis ac par fuit. III. *Idem. c c a p. etiam* Pensavit. *c c a p. Gi. Ca. Mar.* V. Altè excrevit *arbor. Ca.* VIII. Contentus *eo* fuit. *c c* ب. *item* Similis fuit. X. Rogavit ut facere vellet quod sufficeret. *c c g a. Gi. Mar.*

كَفِيٌّ, كُفْيٌ, كِفْيٌ, Alimentum. Qui *vel* quod *pro alio* sufficit. *c c* من. *Ca.*

كُفُوٌّ *pro* كُفُؤٌ *ultimâ Hamzatâ. Ca.*

كَافٍ (*Pl.* كُفَاةٌ) & كَفِيٌّ, Qui sufficit. & Qui quod satis est & gratum facit. & Qui *alterius* explet vicem. *c c* عن. *indè est* كَافِيكَ مِنْهُ, *Dual.* كَافِيَاكَ مِنْهُمَا, *Plur.* كَافُوكَ مِنْهُم. *item, inprimis* كَافٍ, Efficax. Integer. perfectus. *Gi. Ca. item posterius* كَفِيٌّ Pluvia. *Ca.*

كُفْيَةٌ, *Pl.* كُفًى, *i. q.* حَسْبٌ, In quo sit alicui quod satis est. *Gi. Ca.*

كِفَايَةٌ *Act. Gi. est autem* بَيْعُ ٱلْكِفَايَةِ Emptio quæ fit transcriptâ venditori pecuniâ in alium qui debeat tibi. *quod ita unus pro altero est ejusque vicem explet. Ca.*

I. Q. كَوْكَبَ Stellavit. Micuit fulsitque *ferrum. Gi.*

كَوْكَبٌ, *Pl.* كَوَاكِبُ, Stella. & *hinc* Res *quævis* micans & fere rotunda. *sic* Albedo *oculi.* Flos *horti, campi.* Fulgor *ferri.* *Gi. Ca.* & Ensis. Clavus ejusve caput. Aqua. Fons seu scaturigo *putei..item* Fungus terræ: *vel pro* قطر *leg.* فطر, guttæ noctu incidentes in herbam. *etiam* Potior majorq; pars *rei cujusque.* Dux princepsve *gentis.* Vir cum armis suis & equis. Ephebus, adolescens veneri maturus. ذو كوكب *i. e.* ذو شداين, Ærumnosus *dies.* كوكب شامية, Lutum terræ Samiæ. *Beith.* كوكب الارض, *vel simpliciter* كوكب, Lapis specularis, *vulgo* talcum. *Beith. Ca.*

كَوْكَبَةٌ *Act.* & *i. q.* كَوْكَبٌ, Stella. *Gi.*

كَاكَنْجٌ Solanum halicacabum. *hinc vulgo* Alkekengi. *Beith.* Lacrymæ arboreæ lenis & refrigerantis species. *Ca.*

I. كَلَّ, *Fut. I.* Lassus & defessus fuit *homo eundo. c c* من. *ita* & Defatigatus fuit *camelus.* 2, Obtusus & hebes fuit *ensis, visus.* tarda & impedita fuit *lingua.* Remissus evasit defecitque *ventus.* 3, Caruit parente & prole. II. Coronavit *eum*, coronâ induit. *c c a. vide* اكليل *seq.* 2, Obtusâ animi virtute, pavidusque fuit. Nec ausus fuit potuitve facere *quid. c c* عن. & *contrà*, Acer & impavidus processit, nec fefellit feriendo. *Gi.* 3, Abiit suos deserens. *Ca.* IV. *Transf.* ✝ *Conj.* 1. *sign.* 1, Defatigavit, lassum reddidit *camelum. c c a. Gi.* & Hebetavit *fletus aciem oculi, &c. c c a. Ca. item Intransf.* Defessum habuit camelum jumentumve. V. *Pass.* ✝ *Conj.* II. *sign.* 1. Coronatus fuit. & Induit coronam. *Gi. Ca.*

Digitized by Google

2, تكللـه النهب *i.e.* تطرفه, Utrinque & à parentis & à propriæ prolis parte destituit eum stirps sua: ita ut nullus inde superstit ipsi. *Gi.* 3, Leviter resplenduit *nubes præ fulgure. c c* عن. *Ca.* VII. *i.q.* ابتسم, Subrisit, leviter aperto ore conspicuos præbuit dentes. *item* Micuit fulgure leviore *nubes*, ut nigrum ab albo distingueretur. VIII. *Idem*, Resplenduit *fulmen*. *c c* ب. *Gi. Mar.*

كَلٌّ *Act.* τῆς *sign.* 2. *Mar.* 2, *Pl.* كُلُول, Onus gravius, molestia. Domestici quos quis sustentat. Orphanus. & Qui prole ac parente caret. & Dorsum cultri. *Meid.*

كُلٌّ *Masc. & Fœm. i.q.* جَمِيع, Universitas. Omnis. *nec præfigi solet Articulus: qui tamen & admittitur, & vel Singulare vel Plurale post se habet: ut* كل حضر *vel* كل حضروا Omnes præstò fuerunt. *dicitur* كل رجل Omnis *vir.* & كل امراة omnis *fœmina.* كل اناس Omnes *homines. c c g. item* Totum. quicquid continetur aliqua re: *uti* كل كاس Totus calix. *sæpe post se habet affixum Substantivi præcedentis:* قتل العدا كلهم Occidit hostes universos. بيده كلها Manu sua tota. *Est autem* كل احد *Kullo Ahadin* Unusquisque. كلما *Kúllama* Quotiescunque. *Gi. Zjar.*

كَالٌّ, *Fœm.* ة, Hebes, obtusus. *Ca.* كَلَّا Nequaquam, minimè: *in responsione.* & *contrà*, Certò. *Gi.*

كَلَالٌ *Act.* † *sign.* 1. كُلُولٌ *Act.* † *sign.* 2. & *Pl.* τῦ كل *Kellon prac. sign.* 2. *Gi. Mar.*

كَلِيلٌ Hebes & obtusus *acie ensis; linguâ, & visu acumine homo. c c g. Gi.*

كَلَاةُ ٱلْبَصْرَةِ, *Diptoton*, Locus ubi minùs flat ventus quam alibi. *Gi.*

كِلَا *Masc.* كِلْتَا *Fœm. ité* كِلَانِ & كِلْتَانِ, Ambo, æ: *accedente Affixo aut Genit. regim. excidit* ن. & *in casu obliquo mutatur in* ي *quiescens. vide in* كلو.

كَلَّة Obtusus culter: *pec.* major. *Ca.*

كِلَّة *Act.* † *sign.* 2. *Gi.* & *i.q.* حَالَة. *Ca. item. Plur.* كلل *Kilalon*, Velum muliebre. *item* Velamentum subtilius tentorii formâ consutum ad prohibendos culices, conopeum. *Gi.*

كُلَّة *Fœm.* τ كُلّ, Omnis *mulier. c c g.* & *i.q.* تاخير. *Ca.*

كُلِّيٌّ Universalis. Totalis. *Phil.* بِكُلِّيَّتِهِ, Totus, prorsus. *Hist. Sar.*

كَلَالَة *Act.* † *sign.* 1, 2, 3. & *quibusdam Act. irreg.* † *Conj.* V. *sign.* 2. *item* Longinquior cognatio, *uti* patruelium & remotiorum. *Gi. vel* Qui citra parentes sunt & liberos. *Gi. Ca. unde* ابن عم الكلالة *'lkelaleti* & ابن عم كلالة *Kelaletàn, dicitur* Talis cognatus. *vide Conj.* I. *sign.* 3. & *Conj.* V. *sign.* 2. *Gi.*

مُكِلٌّ Qui propinquos habet sustentandos. *Gi.*

مُكَلَّلٌ, *Fœm.* ة, Coronatus. Fulmine micans *nubes.* Aliis nubium partibus circundata ac velut coronata *nubes. ità* & Floribus circum obsitus *hortus.* & *i.q.* جاد *Zjaddon*, Nervos & studium intendens, sedulus. *vide Conj.* II. *sign.* 2. *Gi.*

إِكْلِيلٌ, *Pl.* أَكَالِيلُ, Corona. *pecul.* regium capitis insigne, ceu vitta ornata gemmis. *item* Umbella herbæ florescentis. *Gi.* Albedo oculi. *Mar.* & Caro circa radicem unguis. *Ca.* & Nubes quæ operta esse pelliculâ videtur. *item* الاكليل Nom. mansionis Lunæ XXVII. اكليل الملك *'lméliki* Melilotus herba. *Gi.* اكليل الجبل Libanotis coronaria. *Ca.*

إِنْكِلَالٌ Nubis fulgurantis transparens splendor. *Ca.*

كَلْكَلٌ (*potiùs* & كَلْكَلٌ) & كَلْكَالٌ, *Plur.* كلاكل, Pectus. *item Plural.* كلاكل *pro* قلاقل, Armillæ. *Gen.* XXIV, 22.

كُلَاكِلٌ & كُلْكُلٌ, *Fœm.* ة, Curtus simulque crassus & validus *vir.* *Gi.*

I. كَلَأَ, *Fut. A.* Custodivit, servavit, *eum Deus. c c a p.* 2, *i.q.* تاخر *Teácchara*, Dilatum fuit *debitum, sc.* solutio *ejus. Gi.* & Distulit *id ipsum* ac prolatâ morâ extraxit. *c c a.* 3, Percussit *scuticâ. c c a* & ب. 4, Iterum atque iterum convertit intenditque *visum suum in rem. c c a p* & في *r. Ca.* 5, Ad finem pervenit *vita.* 6, Pabulata fuit, pabulum voravit, *camela. Gi.* 7, *mediâ Kesratâ*, Pabulo polluit & abundavit *terra. vide* كلا *pòst.* II. Admovit ad ripam fluminis, & in statione portuve detinuit *navim suam: sc. contra ventorum impetum. c c a.* & *absolutè*, Appulit ad talem locum: *quod Itali fare scala dicunt. vide* كلا & مكلا *pòst. Gi.* 2, Detinuit *hominem. c c a.* 3, *i.q.* تقدم, Progressus *ad eum* fuit. *c c* الى. 4, Attentè *in eum* visum convertit. *c c* في. 5, Arrhabone vel parte pretii datâ accepit *rem* pòst solvendam. *c c* في, *vel simpliciter.* IV. *i q. Conj.* I.

Digitized by Google

i.q. *Conj.* 1. *sig.* 6 & 7. & *i.q. Conj.* 1. *sig.* 4. *ecap* & في *r.* & *i.q.* اسلم & اسلف. & Ad finem perduxit *vitam. cca.* V. *i.q. Conj.* 11. *sign* 5. *scil.* Credito accepit *rem* concessâ plenæ solutionis morâ. *cca. aut* hoc ipsum petiit. VIII. *Idem. cca. item Pass.* ⁊ *Conj.* 1 *sign.* 1. *aut* Semet custodivit ac cavit *ab eo. cc* عن. *item* Insomnis & pervigil, vigiliæ patiens fuit *oculus. atque ita* cavit & evitavit quid. *Gi. Ca.* X. *i.q. Conj.* 1. *sign.* 7. *Ca. item i.q. Conj.* v. *cca. Gi. Ca.*

كلأ *Act.* τῆς *sign.* 1 & 6. *Ca. Mar.*

كَلُوءٌ Validis contra somnum oculis præditus, patiens vigiliæ. *Ca.*

كَلِئٌ *Act.* ⁊ *sign.* 1 & 2. *Mar.* كَلِئٌ, *Fæm.* كَلِئَةٌ. Pabulo, *sive* virenti, *sive* arido, pollens abundans*ve terra. Gi.*

كلاءة *Act.* ⁊ *sign.* 1. *Ca.* كَلاً & كَلأ & كِلاءة, *Act.* ⁊ *sign.* 7. *Mar.* & Pabulum; & *pec.* virens, herba. *Gi. Meid.*

كَلَّاء *Comm. gen.* Locus contra ventos tutus. *ut* fluminis ripa, portus, tuta navium statio. *unde Italorum* scala. *Gi.*

كلاء & كُلْأَةٌ *i.q.* كَالِئٌ. *Gi.* & *i.q.* عَرْبُونٌ, Arrhabo. *Ca.*

كَالِئٌ *i.q.* نَسِيئَةٌ, Debitum cum solutionis mora, *aut* quod credito sumitur postea solvendum. *Gi.*

كِلَاءٌ *Act.* ⁊ *sign.* 1. مُكْلِئٌ, *Fæm.* مُكْلِئَةٌ, & مكلاءة *Meclaäton, i.q.* كلي *Kálion præc.* Pabulo prædita *vel* abundans *terra. Gi. Ca.*

أَكْلَأ *i.q.* أَبْعَدُ, Diutissimè durans *aut* prolatus. *ita dicunt* بلغ الله بكى اكلا العمر Ad extremum summumque diem producat tibi Deus vitam. *Gi.*

مُكَلَّاء A ventorum impetu tutus *locus.* & *i.q.* كلاء *Kellâon, ipsa* Navium statio portusve. & ripa fluminis. *Gi.*

I. كَلَبَ, *Fut. O*, Inserto loro inter duas corii partes, *aut* eo extremitati imposito consuit *marsupium. cca.* 2, Compunxit calcari. *cca. vide* كلاب *seq.* 3, *modò Kesratâ*, Vehemens & acris fuit *hyems.* 4, Rabiosus fuit *camelus, canis.* & rabie canina correptus fuit *homo. Gi.* 5, Iram concepit, eâve efferatus fuit. 6, Deficiente rigatione folia asperiora protulit *arbor. Gi.* 7, Deliravit. & *formâ Passivi*, Mente destitutus fuit per rabiem caninam. III. Spinas arborum depasta fuit *camela. Ca. vide*

كلاليب *seq.* & *i.q.* شار *Sjarra*, Malignus fuit. *Gi.* & *i.q.* ضايق, Angustiâ pressit. *Ca.* IV. Efferatos & rabiosos habuit camelos. *vide Conj.* 1. *sign.* 4. *Gi.* Concitavit & irritavit. *cc ap* & علي *r.* VI. *i.q.* تواثب, Simul insilivêre ac irruêre *in eum. cc* علي. *Gi.*

كَلْبٌ *Act.* τῆς *sign.* 1 & 2. *Ca. Mar. item* Canis. & *cum* الـ Canicula, nomen stellæ. *item* Lorum quod inter corii latera seu duas partes insertum cum iis simul consuitur. *vide Conj.* 1. *sign.* 1. *Gi.* & Lignum quo sustinetur murus. *Ca.* Capitellum rotundius, baccæ instar, in ensis capulo extans. & Clavus aut ei simile quid ibi fixum; cui lorum aliudve annectitur, de quo gladius suspenditur. *item* Ferramentum incurvum seu uncus ex quo de sella commeatum, suspendit viator. *Gi. item Coll.* Arbor spinosa. *Ca.*

كَلَبٌ *Act.* 3, 4, 5, 6, 7. & Vehementia frigoris *vel* caloris. *Gi. Ca. Mar.* Rabies canina, *sive* in cane, *sive* in homine à canis rabiosi morsu. *etiam* Efferati *cameli* rabies. *Gi. item* Fames canina. & Sitis. *Ca. nec non in genere* Malitia, Noxa. *Gi.*

كَلِبٌ, *Pl.* كَلْبَى, Rabiosus *canis, camelus.* Rabie canina correptus *homo. Gi.*

كَالِبٌ Qui habet alitve canes. *Gi.* & Caterva canum. *Ca.*

كُلَابٌ Mentis subversio, delirium ex rabie canina. *Ca.*

كِلَابٌ Nom. tribus Arabicæ. & *Pl.* ⁊ كَلْبٌ, Canes, &c. *Gi. Meid.*

كَلَّابٌ Canum possessor & præfectus custosve. *Gi. Mar.*

الكُلَابُ Nom. aquæ & geminæ pugnæ ad eam commissæ. *Gi.*

كَلُّوبٌ & كُلَّابٌ, *Pl.* كَلَالِيبُ, Harpago, fuscina, qua carnes ex olla *vel* panes è clibano extrahuntur. *item primum* Calcar: aculeus ocreæ additus; qui subditur equo, ut excitetur ad cursum. *Gi. item* كلاليب Ungues *accipitris.* Spinæ *arborum. Ca.*

كَلِيبٌ Canum agmen. *Ca. seu Plural.* ⁊ كَلْبٌ, Canes. *Gi. Ca.*

كَلْبَةٌ Ἡ κύων, canicula. & Probrosum mulieris nomen. *Gi.*

Digitized by Google

كَلَبَة Vehementia *frigoris, &c. item* Caupona vinaria. Angustia. Sterilitas anni. *item* Pili extantes in labiis canis & felis. *Ca.*

كَلِبَة *Fœm.* ة كَلِبٌ. & Defectu rigationis exarescentes plantas habens *terra. Gi. vide Conj. 1. sign. 6.*

كَلَّابَة, *Pl. san.* Forceps. *Exod.* xxxvii, 23.

كَلْبَتَان Forceps fabri ferrarii, caput geminum & incurvum habens, quo ferrum candens apprehenditur. *Gi.*

أَكْلُب, *Pl.* أَكَالِيب, *Pl.* ة كَلْب, Canes, &c. *Gi. Meid.*

مُكَلَّب *pro* مُكَبَّل *per Metathesin*, Compeditus *captivus. Gi.*

مُكَلِّب Qui canes ad venandum instruit & exercet. *Gi.*

تَكَالُب, *& irreg.* تَكَالِيب, *Act.* τῆς *Conj.* VI. *Gi. Ca.*

مُكَالَبَة *Act.* τῆς *Conj.* III. *Gi.*

I. كَلَتَ Collegit, congregavit. *cca.* Infudit *vasi.cc* في. Ad cursum adegit *equum. cca.* Jecit *rem. cca.* VII. Infusus fuit. In se contractus fuit. *Ca.*

كُلَّت, قُلَّت, & *cum* ا *utrumque*, Celer *equus. Ca.*

كَلِيت & كَلِيت Lapis oblongus quo quid firmatur vel obstruitur. *Ca.*

كُلْتَة Portio cibi vel frumenti. *Ca.* كلتاني & كلتاني *Kolletâni. vide in* كلل & كلي.

إِنْكِلَات *Act.* τῆς *Conj.* VII. & Potatio. *Ca.*

I. Q. كَلْثَمَ, *Act.* كَلْثَمَة, Plenâ compactâque fuit faciei carne, at citra deformitatem. *Gi.*

كُلْثُوم Carnosus facie & maxillis. *item* Elephas. *Gi.* & Sericum in summo capite vexilli. *Ca.* ام كلثوم *Omme* Nom. propr. Metonymicum mulieris: *uti filia Muhammedis. Gi. Ca.*

مُكَلْثَمَة Carnosa facie & genis *mulier. Gi.*

كَلِج Generosus & strenuus. كُلُج Viri validi & robusti. *Ca.*

كِيَالَجَة, *Perf.* كِيلَجَة, *Pl. san.* & كَيَالِج & كِيَالَجَة, Mensura frumenti continens 3½ lb. *Gi.*

I. كَلَحَ, *Fut. A. Act.* كُلُوح, Austero & tetrico vultu fuit. rinxit. III. *i. q.* شاد *Sjadda. Gi.* IV. *i. q. Conj.* 1. & *Transf. ejus.* V. *i. q. Conj.* 1. *item* Subrisit, leviter strinxit dentes. *Ca.* & Consequenter, iterum atque iterum, micuit *fulmen. Gi.*

كَالِح Tetricus. & Tristis ac adversa *fortuna. Gi.*

كَوْلَح Deformis. *Ca.* كُلَاح *Act. item, uti*

كَلَاح, Sterilis annus. *Gi. Ca.*

كَلَحَة Os oris, & ejus circumstantes partes. Rictus. *Gi.*

مُكَالَحَة *Act.* τῆς *Conj.* III.

I. Q. كَلْحَبَ Percussit *ense. c cap* & ب *instr. Ca.*

كَلْحَبَة Sonus ardentis ignis. *Ca.*

I. كَلَدَ Congessit, accumulavit. *cca.* II. *Idem.* V. Crassus durusque fuit. *Ca.*

كَلَد *Coll.* Terra crassa ac dura sine glarea. *Gi. item* Collis. & Pardus. *Ca.* & *Hebr.* חלד *vulgo* Mustela. *Lev.* XI, 29.

كَلَدَة & كَلَنْدَي Pars tractusve duræ terræ. *Gi.*

III. Q. إِكْلَنْدَي & إِكْلَنْدَدَ Durus crassusque fuit *camelus. Gi. Ca.* & *prius* In se contractus fuit. & Noluit, recusavit. *Ca.*

مُكْلَنْدِي & مُكْلَنْدِد Durus crassusque. *Gi. Ca.*

I. كَلَزَ, *Fut. I.* Collegit, congregavit. *cca.* II. *Idem. cca. Ca.*

كَالُوز, *Pl.* كَوَالِيز, Qui armatus aquatum vadit: *quòd de aqua sæpe pugna est. Ca.*

IV. Q. إِكْلَأَزَّ Contractus fuit. & Prædæ imminuit *accipiter. Ca.*

II. كَلَّسَ Impetum & vim fecit *in eum. cc* على. & *contrà*, Abjecit animum, defecit, & fugit. *cc* عن. *Ca.* & Calce obduxit. *Matth.* XXIII, 27. & In calcem convertit, calcinavit. *Chym.*

كلس

كلس Calx. *Gi.* كلّاس *i.q.* قطّاع. *Ca.*

كيلوس χυλὸς, chylus. كلسة *i.q.* طلسة, *aut pro eo,* Color cinereus ad nigrum vergens. *Gi.*

أكلس Fuſcus colore *lupus. Gi.* أنكليس Ἔγχελυς, anguilla. *Ca.*

مكلّس Calce illitus. Calcinatus. مكلّس Calcarius, qui calcem coquit. *Meid.*

متكلّس Vehementer currens. *Ca.*

تكليس Plena ſitis ſedatio & rigatio. *Ca.*

I. كلع & كلع, *Fut. A,* Spurcitie & ſordibus inquinatus fuit *pes. etiam* Fiſſuras egit *pes. Gi. Ca.* Spurcum fuit, adhærentes ſordes habuit *vas, & caput. Gi. Ca.* IV. Spurcum reddidit. *cca. Ca.* V. *i.q.* تجمّع, Congregatus fuit: *idiomate Iemanico. Gi. & i.q.* تغالف. *Ca.*

كلع *Act.* Pedum ſordes, *& i.q.* شقاق. *Gi.*

كلع, *Fæm.* ة, Sordes adhærentes habens *uter. Gi. & τῷ* كلع *Kélaïn* laborans *camelus. Ca.*

كولع Sordes. كلاع Fortitudo & patientia in oppetenda morte. *Ca.*

كلعا & كلاعا Ungulas ex morbo fiſſas habens *camelus. Ca.*

كلعة Morbus quo poſticæ cameli partes finduntur & nigreſcunt. *Ca.*

كلعة Pars gregis. كلاعيّ Fortis & ſtrenuus. *Ca.*

I. كلف *i.q.* جشم, Cum ſtudio ac labore incubuit *rei.* deditusque *ei* fuit. *cc* ب *r. Gi.* Amore captus eoque addictus fuit. 2. *formâ Paſſivi,* Ad nigrum inclinavit turbida *rubedo.* II. *Transf. τῆς ſign.* 1. Imperavit & ſubire juſſit quod difficile eſſet. *ccap.* V. *i.q. Conj.* تجشّم, *vel i.q. Conj.* 1. *ſign.* 1. & Simulavit. *cca. Gi. Mar.* XI. Fuit اكلف: *de quo pòſt vide. Ca.*

كلف Nigredo mixta flavedini. كلف Vir amore captus. *Ca.*

كلف *Act. item* Phacos, lentigo faciei. *Gi. & alia* Faciei macula colore inter nigrum ac rufum medio. *Ca.*

كلفة Color ex rufo & nigro mixtus, *quaiis faciei accidit, & camelis. Gi. Ca. item* Moleſtia aut importunitas ſuſceptæ vel ſuſcipiendæ rei. *Gi.*

أكلف, *Fæ:* كلفاء, *Pl.* كلف, Colore كلفة præditus *homo; camelus: ut cum pilorum extrema quaſi ambuſta apparent. Gi. Ca.*

تكلفة Conatus difficilior & moleſtior. *Gi.*

متكلّف Qui ſe ingerit ſuggeritve rebus ad ſe non pertinentibus. *Gi.*

I. كلم, *Fut. O,* Vulneravit. *cca.* II. *Idem.* 2. Locutus *aut* affatus fuit. *ccap.* III. *Idem. ccap.* V. Locutus vel affatus fuit, dixit *verbum, dictum. cca vel c* ب. *at minus bene pro Conj. prox. ſeq.* VI. Collocuti fuêre, verba fecerunt inter ſeſe: *pec.* poſtquam invicem non viſiſſent. *Gi.*

كلم *Act. item, Plural.* كلام & كلوم, Vulnus. *Gi.*

كلام Oratio, loquela, ſermo. *Gi. Ca.* علم الكلام Metaphyſica, ſeu Theologia philoſophica ſeu ſcholaſtica. *Gaz.*

كلام Terra craſſa ac groſſa. *Ca.*

كلّام (*uti* كذّاب *à* كذب) *Act. τῆς Conj.* II. *ſign.* 2. *Gi.*

كليم Vulneratus. Qui loquitur alteri eumve affatur. *Gi. Ca.*

كلّما Quodcunque. كلّما Quotiescunque. كلّمن *Kullomen* Quicunque. *ex* كل & ما *vel* من. *Gramm.*

كلمة (*etiam* كلمة *Temimitis, &* كلمة) *Plur.* كلم & كلمات *Kelimon & Kelimâton,* Verbum. dictio, vocabulum. *Gi.* & Pars orationis. *Ca. dicitur* عشر كلمات Decalogus. *Exod.* XXXIV, 28.

كلماني, كلّماني, كلّماني, كلّماني, Eloquens & diſertus. *Gi. Ca. vel inprimis primum & ſecundum, Fæm.* ة, Loquax, multiloquus. *Ca.*

